

DUBROVAČKI "LIBER DE MALEFICIS" IZ 1312-1313. GODINE<sup>1</sup>

Nella Lonza - Zdenka Janeković - Römer

Upisnici kaznenih postupaka izraz su standarda prema kojem tok postupka treba biti popraćen i pismenim zapisom, ali i potrebe da počinjena zlodjela ne ostanu pohranjena samo u nedovoljno pouzdanoj kolektivnoj memoriji, već i u državnim aktima, kao bilješka i opomena. "Knjiga zločina" koju objavljujemo omogućuje historičaru da zaviri u situacije u kojima se razotkrivaju afekti, ali i mentalitet kao fenomen dugog trajanja. Šarolikost mjesta događanja (od krčme do sudnice i od trgovačke kolonije do dumanskog vrta), te niz likova koji se rijetko pojavljuju u građi druge vrste omogućuju potpunije zaključke o društvenom slogu i ritmu gradskog života<sup>2</sup>. Pravna pak povijest iz njih upoznaje djelovanje pravosudnog mehanizma: sastav suda i dinamiku suđenja, pravne instrumente daleko istančanije od onih predviđenih statutom, te penalnu politiku.

Premda su se posebni kazneni registri u Dubrovniku vodili već od 1279,<sup>3</sup> sačuvana su svega tri do polovice XIV. stoljeća. Osim općenitih razloga koji su utjecali na sudbinu arhivalija, valja imati na umu i činjenicu da je interes za čuvanje kaznenih procesa brzo kopnio; dok se u građanskopravnim odnosima ovlaštenja potomaka često izvode iz prava predaka, efekt kaznenih spisa u pravilu ne nadilazi životni vijek involviranih osoba. Stoga ne čudi da i u drugim srodnim arhivskim fondovima kaznenopravna građa u pravilu kreće kasnije i slabije je sačuvana od ostalih kancelarijskih i notarskih spisa.<sup>4</sup>

Što davnim uvezom s drugim kancelarijskim registrima, a što nesretnom sistematizacijom prilikom sređivanja građe, tri su najstarija sačuvana dubrovačka kaznena registra završila u različitim serijama. Svesci iz 1284-85, uvezani su u II knjizi serije "Diversa cancellariae", te ih je u tom sklopu pred koju godinu objavio Josip Lučić.<sup>5</sup> Registar iz 1312-1313, koji objavljujemo tvori prvi svezak serije "Lamenta politica" u koju su prilikom sređivanja arhivske građe, mimo principa provenijencije, izdvojeni procesi za koje se učinilo da su "politički obojeni".<sup>6</sup> Nakon praznine od tridesetak godina, slijedi "Capitulum maleficiorum et maledictorum tempore egregii et potentis

<sup>1</sup> HAD, XI, Lamenta politica, I.

<sup>2</sup> Nekoliko zapisa iz ovog registra dotaknuo je B. Krekić u radu "Crime and Violence in the Venetian Levant: a few XIVth Century Cases". Zbornik radova Vizantološkog instituta, 16, 1975, 128. Od metodoloških osvrti na upotrebu kaznenih spisa kao povijesnih izvora spomenimo mišljenje M. Sbriccolija koji smatra da su sudski arhivi pogodni za istraživanje funkcioniranja pravosuđa, ali ne i za cjelovite zaključke o kriminalitetu. Sbriccoli, Mario, "Fonti giudiziarie e fonti giuridiche. Riflessioni sulla fase attuale degli studi di storia del crimine e della giustizia criminale". Studi storici 29, 1988, 2, 491-501.

<sup>3</sup> U jednom dokumentu od 23. I. 1279 (Praecepta rectoris), kaže se da je nešto "scriptum in libro maleficiorum". Čremošnik, Gregor, Istorijski spomenici Dubrovačkog arhiva. Kancelariski i notarski spisi g. 1278-1301, Beograd 1932, 21.

<sup>4</sup> U Mletačkom arhivu npr. "Raspe" počinju s fragmentima iz 1324. (Avogaria di Comun, Raspe 3641). U gradovima istočne obale Jadrana jedinu veću sačuvanu masu kaznenih spisa do polovice XIV. stoljeća čine oni trogirski s kraja XIII. stoljeća. M. Barada, Trogirski spomenici, II. Zapisnici sudbenog dvora općine troirske, I, Zagreb 1951.

<sup>5</sup> J. Lučić, Spisi dubrovačke kancelarije III, Zagreb 1988.

<sup>6</sup> Naš se registar zapravo ne uklapa u spomenutu seriju, jer sadrži redovite kriminalne predmete, a ne neke političke procese.

virī domini Petri Justiniani honorabilis comitis Ragusii" iz 1348-50, koji je, premda istovjetnog tipa sa navedenima, uvršten kao deseti svezak u seriju L-1 "Lamenta criminalia seu Libri maleficiorum".

Na prvoj stranici stoji naslov: "Liber de maleficiis /sic!/ et dampnis datis tempore nobilis viri domini Bartholomei Gradonico honorabilis comitis Ragusii in suo secundo regimine. In millesimo CCCXII, indictione X, die XX mensis Iulii". Na istovjetan način počinju i druge kancelarijske knjige vođene istih godina kneževanja Bartolomeja Gradoniga: "Liber de consiliis et reformationibus", "Capitulum de litteris citatoriis et preconizationibus", "Capitulum de procuratoribus" i "Capitulum de venditionibus possessionum"<sup>7</sup>. Pisane su sve kancelarijskom goticom, vjerojatno rukom magistra Albertina iz Cremona koji je u to doba bio dubrovački kancelar.<sup>8</sup>

Današnjim izgledom to je neuvezani sveščić od 46 papirnih listova,<sup>9</sup> s nekoliko praznih strana.<sup>10</sup> Budući da posljednji zapis nije organski završen, možemo zaključiti da je u pitanju fragment, odnosno prvi sveščić opsežnijeg registra; osim toga, pokriveno je razdoblje od svega devet mjeseci, od 22. srpnja 1312. do 18. travnja 1313, dok ostali kancelarijski registri vođeni za vrijeme istog kneza produžuju još godinu dana. U tekstu je istaknut početak svakog mjeseca, te datiran svaki zapis.

Upisano je ukupno 87 casusa. Zapisi su redovito kratki, donose samo sažetak procesnih radnji, iskaze svjedoka i rezultate postupka. Možemo pretpostaviti da nisu upisivani sinhrono s odvijanjem procesa, već po naknadnom diktatu bitnog sadržaja ili skiciranom konceptu.<sup>11</sup> Očigledno je kancelar pišući tužbu ostavljao predviđeni prostor za zapisivanje daljnjeg toka postupka, jer na više mjesta ostaju praznine, dok je na drugima tekst nabijen. Ponegdje je narušen kronološki slijed.<sup>12</sup> Neki su zapisi prekriveni, u cijelosti ili dijelu, no ne radi se o dosljedno provedenoj oznaci kancelara s jasno kodificiranim smislom,<sup>13</sup> već se na taj način želi olakšati snalaženje u materijalu, eliminiranjem predmeta koji više nisu sub iudice.

U izrečenim presudama izrazito pretežu fizički napadi (tučnjave, udarci, ranjavanja). Od 87 tužbi, 57 (66 %) ih je podneseno zbog tjelesnog napada, a u još dva se radi o prijetnjama te vrste. U 10 casusa radi se o uvredama, koje su u nekim slučajevima bile izrečene tijekom tjelesnog napada ili su dovele do njega.<sup>14</sup> Brojni postupci pokazuju kako je dolazilo do eskalacije nasilja, od uvreda do tjelesnog sukoba. Počevši ponekad bezazlenim zadirkivanjem ili pogrđnim riječima i psovkama, emocije su povlačile sve žešće reakcije i završavale nerijetko ozbiljnim posljedicama.<sup>15</sup> Činjenica je da se gotovo 2/3 slučajeva koji su u ovom razdoblju došli pred dubrovački sud odnosi na fizičke obračune, a imajući na umu očekivanu "tamnu brojku" - nasilje se poka-

<sup>7</sup> J. Gelcich, *Libri reformationum* (dalje: LR)I, *Monumenta spectantia historiam Slavorum Meridionalium* (dalje: MSHSM), vol. IX, Zagreb 1879, 9-42, 42-58. HAD, *Diversa cancellariae*, V, ff. 112-149- ff. 171-214.

<sup>8</sup> Kancelar se nigdje ne spominje imenom, već samo kao cancellarius communis (casus /dalje c./ 49, 73), ali je vrlo vjerojatno da je to bio upravo spomenuti Albertino, kojem je u ožujku 1312. Malo vijeće produljilo angažman. J. Gelcich, LR I, 25; LR V, MSHSM, vol. 29, Zagreb 1897, 99. Nakon službe u Dubrovniku, 1315. izabran je za notara mletačke Curie maior. Š. Ljubić, *Listine o odnošajih između južnoga Slavenstva i mletačke republike I*, Zagreb 1868, 284.

<sup>9</sup> Papir nosi vodeni žig "lukovice s četiri lista", kako je opisano u: Mošin-Traljić, *Vodeni znakovi XIII. i XIV. stoljeća*, I. Zagreb 1957, 83, pod 1727.

<sup>10</sup> Ff. 4', 28', 30', 42'.

<sup>11</sup> Činjenica da zapisi na f. 34' i 43' imaju zamijenjena mjesta sugerirala bi zaključak da je pisar prepisivao s koncepta, a tome u prilog govori urednost i čitkost teksta, malo ispravaka i umetaka.

<sup>12</sup> Fol. 15'. Par kratkih zapisa naknadno je ubačeno na listove 28, 29 i 34', gdje je bilo prostora; također i tri presude justicijara na f. 15'.

<sup>13</sup> Kao što je npr. kod notarskih zapisa na imbrevijaturi označeno izdavanje isprave.

<sup>14</sup> cc. 13, 19, 24, 41, 57, 67, 74, 78, 80, 83.

<sup>15</sup> Npr. u casusu 12 tuča je uslijedila nakon što je stražar predbacio grupici mladića zbog pjevanja. Tučnjavu koju ispituje c. 25 započeo je mladić kojem ostali nisu dozvolili da karta s njima u krčmi. Ponekad je na taj način dolazilo i do ozbiljnih delikata (cc. 49, 50)

zuje kao sastavni dio dubrovačke svakodnevnice, na trgu, ulici i trgovini. Spis navodi 10 slučajeva krađa, od kojih su neke bile provalne, a druge pak obične ulične pljačke, često povezane s tjelesnim napadom.<sup>16</sup> Grupa od sedam presuda odnosi se na povredu gradskog poretka: narušavanjem normi o trgovini (odbijanjem prodaje, krivim utezima), neadekvatnim naoružavanjem galije, odbijanjem vršenja povjerenog poslanstva, te nevršenjem poreske službe.<sup>17</sup>

Od ukupno 87 unijetih zapisa samo ih nešto preko polovice (45) završava izricanjem kazne, no nažalost oslobađajući ishodi nisu upisani, pa ih je nemoguće nedvojbeno razlučiti od onih kada proces prestaje iz nekog drugog razloga.<sup>18</sup> Kazne su u najvećem broju slučajeva novčane, budući da je takav način kažnjavanja upravo u to vrijeme bio prihvaćen. Iznosi kazni podudaraju se s onima kakve je za dotične delikte propisivao dubrovački statut. Određivanje visine kazne za uvrede bilo je prepušteno procjeni sudaca koji su tako mogli odvagnuti sve okolnosti i težinu prekršaja.<sup>19</sup> Kazne nisu bile male, u usporedbi sa životnim troškovima. Iznosi se kreću u rasponu od 1 perpera za uvredu do 50 perpera za silovanje i teške tjelesne povrede.<sup>20</sup> Mnogo je viša kazna bila određena u slučaju krađe voska u vrijednosti od 100 perpera. Tuženi je, osim naknade štete, imao platiti dubrovačkoj općini 300 perpera kazne, prema odredbi statuta. Budući da za njega nitko nije jamčio, zadržan je u pritvoru, vjerojatno do isplate globe. To je ujedno i jedini slučaj primjene mjere pritvora.<sup>21</sup> Najvišom je pak kaznom (500 perpera) kažnjen plemić koji je odbio ići u poslanstvo u Zadar.<sup>22</sup> Kazne su bile višestruko uvećane ako su se prekršaji zbili noću, jer je dubrovačka općina nastojala prevenirati nasilje zabranom kretanja noću, post terciam campanam, kao i zabranom noćnog rada krčmi. Jedino ubojstvo zabilježeno u ovom registru također se je dogodilo noću.<sup>23</sup> Opomene zbog neodazivanja bile su također nekoliko puta veće od primarnih kazni.<sup>24</sup> U dva su postupka propisane, ne globe, već drugačije kazne. Ranjavanje s posljedicom smrti kažnjeno je izgonom iz grada, a gradski je ključar izgubio službu jer je zbog mita zanemario dužnost.<sup>25</sup>

Ovaj dubrovački sudski registar s početka XIV stoljeća, mada nevelikog opsega, među rijetkim je sačuvanim izvorima za upoznavanje kriminaliteta i kaznene represije u komunalnim društvima istočne jadranske obale, a također i nekih aspekata javnog života u gradu Dubrovniku. Vjerujemo stoga da će objavljivanje ovoga spisa biti od koristi u istraživanju pravne problematike, a isto tako i društvene povijesti.

Liber de maleficiis (sic !) et dampnis datis tempore nobilis viri domini Bartholomei Gradonico honorabilis comitis Ragusii in suo secundo regimine. In millesimo CCCXII, indictione decima, die XX mensis iulii.

## Fol. 1

1.

22. VII. 1312.

*Petar Comerclio tuži Matiju, sina kožuhara Nikole i Korčulanina Skocija da su ga tukli i čupali.*

Die XXII iulii. Petrus Comerclio coram domino comite denunciatur et acusat Math-eum filium Nicole ćuparii et Scoća de Curćula quod ad pontem Baroli in /.../ eum

<sup>16</sup> cc. 4, 11, 20, 23, 43, 55, 58, 62, 64, 71.

<sup>17</sup> cc. 30, 31, 32, 33, 38, 39, 44, 56, 58.

<sup>18</sup> U jednom slučaju reklo bi se da je postupak obustavljen jer nije bilo protupravnosti djela: gospodar je istukao slugu, što je očigledno spadalo u njegova ovlaštenja u vršenju disciplinske vlasti (c. 28).

<sup>19</sup> Uobičajena kazna za uvrede iznosila je 1 perper, no, u dva su slućaja, kada su posrijedi bili plemkinja i plemić, suci odredili kaznu u iznosu od 4, odnosno 6 perpera (cc. 19, 78).

<sup>20</sup> Npr. cc. 7, 19, 18, 20, 22, i dr. O kaznama za teže delikte vidi cc. 14, 16, 45, 49, 52, 76.

<sup>21</sup> c. 62.

<sup>22</sup> c. 56.

<sup>23</sup> cc. 7, 12, 34, 40, 42, 43, 45, 63.

<sup>24</sup> cc. 17, 45, 76.

<sup>25</sup> cc. 47, 58

verberaverunt et decapilaverunt eum. Testis Scoçi de Gaiopa examinatus super predictis coram domino Marco socio domini comitis et iuratis iudicibus Marino de Petregna, Johanne de Çelipa et Luce de Bona suo sacramento dixit quod de predictis nihil scit. Cassatum.

**Fol. 1'**

2.

25. VII.

*Ratica tuži Margarita Buçonjica da je nasilno ušao u njezinu kuću, istukao je, uzeo joj naušnice i posjekao je nožem po ruci.*

Die XXV. Ratica sedit coram domino comite suo sacramento denunciatur et accusatur Margaritum de Buçignolo quod intravit in domum eius per forcium et eam verberavit et abstulit ei cercellos de auribus et eam percussit cum cultello in manu ita quod sanguis exivit.

Testes Nico de Çorçi

Fraino de Mostaça

Fraino de Mostaça examinatus super predictis coram domino Marco socio domini comitis et iuratis iudicibus suo sacramento dixit quod ipse transivit per viam et audivit rumorem et ivit illuc et vidit dictam Raticam plorantem et dicentem quod Margaritus de Buçignolo eam percusserat et omnes vicine dicebant quod Margaritus predictus eam verberaverat. Interrogatus si vidit quod dictus Margaritus eam percussit, respondit quod non. Interrogatus si vidit in partibus illis dictum Margaritum, respondit quod vidit eum euntem prope domum illorum de Çorçi. <Margaritus - cassatum> Nico de Çorçi examinatus ut supra suo sacramento dixit quod eundo per rugam calegariorum et obviavit Margarito de Buçignolo et Fraino de Mostaça qui erat prope eum et vidit dictam puellam cum manu sanguinolenta et decapilatam et sine çercellis et omnes mulieres dicebant quod Margaritus de Buçignolo eam verberaverat, sed non ipse testis non vidit quod eam verberaret. Margaritus de Buçignolo examinatus ut supra, ad defensionem sui suo sacramento dixit quod ipse veniebat de Umbla et illa puella dicebat ei iniurias et ipse dixit ei: "bona mulier, vade cum Deo". Et dixit quod ipse non dixit nec fecit illi Ratiche aliquam iniuriam. Cassatum.

**Fol. 2'**

3.

26. VII.

*Golumbo Radoanović iz Šumeta tuži Marina de Gleda da ga je istukao i poderao mu odjeću.*

Die XXVI iulii. Gol(u)mbus Radoanovich de Juncheta coram domino comite conqueritur supra Marinum de Gleda quod apud ecclesias de foris eum verberavit et laceravit ei pannos. Petrus de magistro Çanne examinatus super predictis coram domino Marco socio domini comitis et iuratis iudicibus Martulo de Tedu(i)sio et Luce de Bona suo sacramento dixit quod ipse vidit ad <Tres - cassatum> ecclesias quod Marinus de Gleda dicebat dicto Golumbo: "tu debes dare mihi quatuor grossos" et iste dicebat: "non debeo tibi dare aliquid, et si debebo dare, ego dabo bene tibi". Et tunc dictus Marinus apprehendit per caveçum dictum Golumbum et per forcium trahebat eum et faciebat asmançam eum percuciendi cum manibus, sed non percussit eum. Interrogatus si dictus Golumbus dixit vel fecit dicto Marino aliquam iniuriam, respondit quod non. Dominus Marcus socius domini comitis cum dictis iudicibus precepit dicto Marino de Gleda quod verbo vel facto non faciat iniuriam vel rixam vel rumorem cum dicto Golumbo vel dicto Petro in pena de perperis XXV pro qualibet vice. Et dictus Marinus ad excusam sui de dicta acusa, suo sacramento dixit quod non fecit nec dixit dicto Golumbo aliquam iniuriam. Perperi VI. Cassatum.

**Fol. 2'**

Kalendae augusti MCCCXII, indictione X.

4.

11. VIII.

*Don Klement de Gangulo optužuje magistra Marka, liječnika, da je ukrao njegovo psetance.*

Die XI augusti. Don Clemens de Gangulo coram domino comite denunciatur et accusatur magistrum Marcum medicum quod furatus fuerat sibi catellam suam et per pueros suos misit eam ad conduram Marini de Çelio et mittebat eam Venetias. Et dixerat Petro filio Johannis de Dabro quod caute tenerent dictam catellam et nulli persone dicerent. Et ipse don Clemens protestatur et protestando dicit quod ex hec non fiat sanguinis effusio nec mutilatio membri.

Testes don Domagna

Petrus filius Johannis de Dabro

Petrus balistarius

Dominçe preco comunis Don Domagna de Sosa examinatus super predictis coram domino comite et suis iudicibus Tefla de Tefla, Marino de Petregna, Johanne de Çelipa et Martulo de Teduisio.

**Fol. 3**

Petrus ballesterius examinatus super predictis coram domino comite et suis iudicibus Tefla de Tefla, Marino de Petregna, Martulo de Teduisio et Johanne de Çelipa suo sacramento dixit quod ante terciam campanam ivit ad lignum Marini de Teduisio ad portandum unam litteram et vidit quod puer minor magistri Marci portavit ad dictum lignum unum cuçolum et assignavit ex parte magistri Marci nauclerio ut portaret eum Venetias et daret eum nepoti magistri Marci. Benvenutus puer magistri Marci examinatus ut supra suo sacramento dixit quod magister Marcus precepit ei quod portare catellam don Clementis ad lignum Marini de Teduisio et ipse portavit eam sicut precepit ei magister Marcus. Interrogatus ubi erat dicta catella, respondit quod erat in domo magistri Marci et quod omni die veniebat illuc. Petrus filius Johannis de Dabro examinatus super predictis coram domino comite et suis iudicibus Johanne de Çelipa, suo sacramento dixit quod ambo pueri magistri Marci portaverunt dictam canem de nocte ad secundam campanam et dicebat quod una gatta eis aufugit et quando ipse Petrus venit cum Çerno Ragusium, magister Marcus dixit ei: "canis quam habes des nepoti meo et si aliquis interrogaret te de cane dicas quod non habes aliquem canem in ligno".

**Fol. 3'**

5.

16. VIII.

*Pavao Grubeša tuži suprugu Dimitrija de Jobe i suprugu Milgosta da su protuzakonito dale vinograde na obradu.*

Die XVI augusti. Paulus de Grubexa coram domino comite denunciatur uxorem Dimitrii de Iobe, uxorem Milgosti culbaçerii quod contra ordinem terre dederunt vineas ad partem illis de Brumax.

**Fol. 4**

6.

17. VIII.

*Lopudanin Druse de Raçi u ime svoje supruge Stane tuži Mateja de Scregna i njegovu suprugu Dragu da su istukli spomenutu Stanu i slomili joj ruku, a kasnije su istukli i njegovu kćer. Die XVII augusti.*

Druse de Raçi de Insula pro Stana uxore sua coram domino comite denunciatur et accusatur Matheum de Scregna et Dragam uxorem eius quod cum Stana uxor dicti Druse

heri in hora completorii essent in vinea ipsius Drase, dictus Matheus et Draga uxor eius verberaverunt dictam Stanam et fregerunt ei brachium cum uno ligno, et parum ante ipse Drase misit filiam suam ad colligendum ficus in vinea sua, et ipsi Matheus et Draga verberaverunt eam.

Testes Bulcota iudex de dicta Insula

Gruboe de Michaelae

Ruçoe de Vita

Tollisclavus

Marinus de Vitagna est pleç pro dicta Draga de presentando eam ad rationem. Et don Clemens de Gangulo promisit conservare indempnem dictum Marinum de dicta pleçaria.

**Fol. 4'**, prazno - vacuum

**Fol. 5**

7.

20. VIII.

*Stana Cervikaša tuži Andriju de Volçi, Sergija de Çeria i Paskvala de Pecurario da su noću bacali kamenje na njezinu kuću zbog jedne sluškinje koja stanuje s njome.*

Die XX augusti.

Stana de Çervicassa coram domino comite denunciatur et acusat Andream de Volçi, Serçium de Çeria et Pasqualem de Pecurario quod die veneris in nocte proxime preterita post terciam campanam lapidaverunt ei domum pro una serviciali que stat cum dicta Stana.

Andreas de Volç examinatus super predictis coram domino comite et suis iudicibus Marino de Petregna et Luce de Bona, suo sacramento dixit ad sui excusationem de dicta acusa quod ipse non proiecit lapides ad dictam domum nec vidit quod aliquis prohiberet. Sed bene erat tertia pars noctis quod ipse ibat per partes illas sicut scaraguaita et erat secum Serçius de Çeria.

Serçius de Çeria examinatus super predictis coram domino comite et suis iudicibus Tefla de Tefla et Johanne de Celipa, suo sacramento dixit quod ipse non proiecit lapides ad dictam domum nec audivit nec scit quod aliquis prohiberet.

Pasqualis de Pecurario examinatus ut supra suo sacramento dixit quod ipse est scaraguaita et tunc ibat per terram faciendo officium suum et quod sub illis porticis post terciam campanam audivit quod lapides prohibebantur et timendo abscondit se prope domum Luce de Bona et postea venit et vidit quod duo homines erant sub illis porticibus prope domum dicte Stane, et quod per illos homines prohibebantur lapides ad dictam domum, tamen nescit si ambo prohibebant vel unus eorum tamen. Et quia obscurum erat non cognovit tunc qui essent illi homines. Sed statim ipsi descenderunt extra porticos illos in plateam et eos cognovit et vidit quod ipsi erant Serçius de Çeria et Andreas de Volçi.

Condempnatus Andreas perperus I

Condempnatus Serçius perperus I

Cassatum.

**Fol. 5'**

8.

21. VIII.

*Stana de Birox tuži Ivana de Çelipa da joj je skinuo rubac i udario je kamenom po glavi.*

Die XXI augusti.

Stana de Birox coram domino comite suo sacramento denunciatur et acusat Johannem de Çelipa quod in Gravoxa prope vineas Ursacii de Bodaça eam verberavit et

abstulit ei orale quod cecidit ei de capite et eam percussit in capite cum uno lapide ita quod sanguis exivit.

Johannes de Čelipa examinatus super predictis coram domino comite et suis iudicibus Marino de Petregna et Luce de Bona ad excusam sui de dicta acusa suo sacramento dixit quod ipse querebat sparaverium suum in Gravox prope vineas Ursacii de Bodača et obviavit dicte Stane. Et ipse dixit ei: "mala mulier quid vadis tu querendo in contrata ista", et tunc ipse incepit clamare et curere dicendo: "ipse vult me percutere" et ipsa tunc cecidit de una mačeria. Sed ipse non tetigit nec percussit eam nec ei fecit ei aliquam iniuriam nec accepit orale eius.  
Cassatum.

**Fol. 6**

9.

21. VIII.

*Luka, sin Đurice sa Šipana podiže tužbu.*

Die XXI augusti.

Luca filius Čuriče de lupana coram domino comite suo sacramento denunciavit et acusat.  
Cassatum.

10.

26. VIII.

*Opat Marko optužuje Paboru da je klevetao kneza.*

Die XXVI augusti.

Dominus Marcus abbas socio domini comitis denunciavit domino comiti <denunciavit - cassatum> et dicit quod cum ipse cum pluribus aliis esset prope logiam, Pabora dixit sic: "<ipse - cassatum> comes volebat martiričare nobiles homines de Ragusio, iam videtur quod fecerimus magna furta, nos non poterimus substinere, faciemus sicut fecerunt Jaretini propter dominas /dominationes?/ quas voluerunt martiričare comites Jadre".

Jacovellus Quintavallis fuit presens et audivit dicta verba a dicto Pabora. Predictus Pabora coram domino comite dixit quod non recordatur de dictis verbis et si ipse dixit dicta verba, ipse dixisset ea supra vinum quia fuisset ebrius.  
Cassatum.

**Fol. 6'**

11.

27. VIII.

*Klesar Toma tuži Stanča de Monč i postolara Grubešu da su ga tukli štapom, poderali mu odjeću i oteli mu novac.*

Die XXVII augusti.

Thome petrerijs coram domino comite suo sacramento denunciavit et acusat Stanče de Monč et Grubexam calegarij quod ad sanctam Barbaram eum verberaverunt et decapilaverunt et lačeraverunt ei pannos et percusserunt eum cum baculo in tibia ita quod sanguis exivit et abstulerunt ei per forcium grossum I et follaros VI.

Testes Matheus Tomma preco (comunis)

Luce de Sechevič petrerijs

Martulus petrerijs

Matheus Tomma preco comunis testis iuratus et examinatus super predictis coram domino comite et iuratis iudicibus Tefla de Tefla et Luce de Bona, suo sacramento dixit quod ipse erat ad sanctam Barbaram et audivit quod dictus Thoma dixit contra predictos Stanče de Monč et Grubexam: "malum habent omnes ravaiosi", et dictus

Stançe surrexit et dictus Thomas dixit: "volumus apprehendere nos simul et non fiat acusa". Et tunc dictus Stançe aprehendit dictum Thomam et impegit eum ad murum et proiecit eum in terram. Et Grubexa partibat eos. Et nihil aliud vidit de predictis.

Luce de Secheviç examinatus ut supra suo sacramento dixit quod Stançe ludebat ad taxillos et dictus Thomas venit et volebat ludere cum eo et Stançe dixit: "nolumus ludere tecum quia habes paucos denarios", et tunc Thomas dixit ei "turpis ravaiose, et vis tu provam mecum et non fiat acusa". Et tunc apprehenderunt se et inceperunt se percutere et decapillare. Interrogatus quis eorum incepit percutere, respondit quod Thomas primo apprehendit in pectore dictum Stançe. Interrogatus si cum baculo percusserunt se et si abstulerunt denarios dicto Thome, respondit quod non quod viderit.

Martulus petrerijs examinatus ut supra suo sacramento dixit quod quia Stançe non volebat ludere cum dicto Thoma, ipse Thoma dixit dicto Stançe: "turpis ravaiose, vis tu provam mecum et non fiat acusa" et tunc dictus Stançe dicebat dicto Thome: "frater vade cum Deo", movendo manus contra Thomam. Interrogatus si dictus Stançe tetigit dictum Thomam cum manibus, respondit quod non. Interrogatus si abstulit aliquos denarios dicto

Thome, respondit quod non.

Thoma fuit condempnatus perperos III

Stançe perperos III

Cassatum.

**Fol. 7**

12.

31. VIII.

*Milko, momak postolara Bratoslava tuži postolara Grubešu da ga je istukao noću dok je čuvao stražu.*

Die ultimo augusti.

Milco puer Bratosclavi calegerii coram domino comite suo sacramento denunciatur et acusat Grubexam calegerium quod hac nocte cum ipse Milco faceret guardiam ad postam Martuli de Čereva, dictus Grubexa eum verberavit.

Testis Radoanus puer Radosclavi Grasso testis iuratus et examinatus super predictis coram domino comite et iuratis iudicibus Johanne de Čelipa et Luce de Bona, suo sacramento dixit quod ipse faciebat guaitam cum dicto Milco ad postam illius de Čereva et cantabant et dictus Grubexa venit et dixit eis: "quid cantatis", et ipsi dixerunt: "nos cantamus sicut scimus" et tunc Grubexa accepit dictum Milcum per capillos et eum decapilavit. Cassatum.

Andreas de Čereva, Bocdanus fabro, Desisclavus de Lasta fuerunt pleçi et proprii pagatores pro dicto Grubexa de eo quod condempnabitur pro dicta acusa.

Dominus comes precepit dicto Grubexe quod verbo vel facto per se vel per alium non faciat rixam vel rumorem cum Bratosclavo calegario vel uxore vel filio ipsius Bratosclavi in pena de perperis XX pro qualibet vice.

Grubexa perperis VI fuit condempnatus.

**Fol. 7'**

Kalendae setembris MoCCCXIIo, indictione Xa.

13.

2. IX. 1312.

*Marin, sin Savina de Bonda tuži Marina Koradinovog da ga je uvrjedio.*

Die secundo setembris.

Marinus filius Savini de Bonda coram domino comite suo sacramento denunciatur



et acusat Marinum de Coradino quod dixit ei iniurias dicendo quod ipse mentiebatur sicut canis.

Testes Bocde de Rasenueno  
 Tripe de Domagna Golebo  
 Ursacius Prodani de Bodaça  
 Luce de Meti

**Fol. 8**

14.

3. IX.

*Miho, sin Marka de Schimosiça, tuži Tomu Držića da ga je istukao.*

Die tercio setembris.

Micho filius Marci de Schimosiça coram domino comite suo sacramento denunciavit et acusat Thomam Dersa quod ad domum Mathei de Cherchio eum verberavit et proiecit in terra et percussit cum manibus in facie ita quod sanguis exivit ei de naso et ore.

Testes Germanus de Piçinico  
 don Nicola de Ronçino

Dictus Thomas ad excusam sui de dicta acusa in eum facta suo sacramento dixit quod dictum Michum non tetigit nec percussit, immo ipse Michus cecidit et petendo ei certam rationem dixit ipsi Thome iniuriam.

Germanus de Piçinico examinatus super predictis coram domino comite et suis iudicibus Tefla de Tefla et Luce de Bona suo sacramento dixit quod ipse loquebatur cum don Nicola de Runçino et vidit quod Thomas de Dersa petebat denarios dicto Micho de quadam ratione de scremo et in verbis illis ipse Germanus vertit se ad tabernariam que vendebat vinum suum et tunc loquendo cum ipsa tabernaria audivit unum rumorem et dicebatur: "Thomas de Dersa facit rixam cum dicto Micho", sed non vidit quod unus tangeret alium nec quod unus percuteret alium et nihil aliud scit de predictis.

Don Nicola de Runçino examinatus ut supra, dixit in verbo veritatis sicut dictus Germanus et tantum plus quod cum ipse et Germanus loquerentur simul, vidit dictum Mateum cadentem in terram, sed non vidit quod unus percuteret alium. Item dicit quod dicti Thomas et Micho contendendo simul de <dictis - cassatum> denariis unus dicebat alteri: "tu latro", "immo tu latro".

Cranullus, et Coialçe examinati ut supra suo sacramento dixerunt quod dictus Thomas et Micho contendebant et cum dictus Micho fugeret, cecidit et exivit ei sanguis de naso. Sed non viderunt quod unus percuteret alium.

C. Dominus comes precepit Marco de Schimosiça, Micho filio eius, et Micho de Mascana quod verbo vel facto per se vel per alium non faciant rixam cum Thoma de Dersa in pena de perperis XXV pro quolibet et pro qualibet vice.

Simile preceptum factum fuit dicto Thome quod non faciat rixam verbo vel facto cum aliquo predicto in simili pena.  
 Cassatum.

**Fol. 8'**

15.

4. IX.

*Maruša, sluškinja Marina Gledića tuži postolara Stanča da ju je istukao.*

Die III<sup>o</sup> setembris.

Marussa servicialis Marini de Gleda coram domino comite suo sacramento denunciavit et acusat Stançe calegarium quod heri sero eam verberavit prope tabernam presbiteri Iunii de Čauleco.

Testes.

**Fol. 9**

16.

9. IX.

*Rade, sluškinja Drage, supruge Pavla Binčulića tuži Mateja Desvoitena da ju je silom obljubio.*

Die VIII setembris.

Rade servicialis Draghe uxoris Pauli de Binçola coram domino comite suo sacramento denunciatur et acusat Matheum Desvoyten quod cum dicta domina sua mitteret eam ad vineam ad videndum de ficibus, dictus Matheus accepit eam et portavit eam in unum fossatum et eam sforçavit et eam carnaliter cognovit contra ipsius voluntatem. Testes non habet.

Cassatum.

Petrus preco comunis de mandato domini comitis et suorum iudicum Johannis de Çelipa et Luce de Bona publice clamavit in locis solitis quod dictus Matheus Desvoiten infra tres dies proximos debeat comparere ad excusandum se de dicta accusa in eum facta, aliter sit contumax secundum formam statuti.

Non comparuit.

Dictus Matheus condempnatus perperos L, item pro contumacia perperos XXV.

**Fol. 9'**

17.

11. IX.

*Knez istražuje svađu i tučnjavu koja je izbila između Vlaha i Dubrovčana u Brgatu.*

Die XI setembris.

Cum quedam rixa facta fuisset in Vergato cum Vlachis et Raguseis et duo Vlachi percussi et cruentanti lamentarentur coram domino comite, ipse dominus comes volens de dicta rixa inquirere, invenit in hunc modum. Clime de Sorento examinatus super predictis coram domino comite et suis iudicibus Johanne de Çelipa et Luce de Bona suo sacramento dixit quod ipse erat ad montagnam et comedebat cum filio Ursacii de Bodaça et aliis et vidit ibi unum rumorem et multas personas rixantes simul et erant Vlachi et Ragusei in illo rumore, et ivit illuc et vidit quod Ione filius Pabore faciebat rixam cum Vlachis et unus Vlacus quem ipse non cognovit percussit cum uno lapide filium Pabore in capite, sed non exivit sanguis. Et filius Pabore proiecit unum lapidem contra Vlacum sed non vidit si aliquem percussit cum illo lapide. Sed statim in illa hora venit unus Vlachus ad ipsum Clime, qui Vlachus erat percussus in capite cum uno lapide et totus sanguinolentus et dicebat quod Ione eum percusserat. Et aliud nescit de predictis.

Luce de Baraba examinatus ut supra suo sacramento dixit quod quedam rixa fuit in Vergato ubi erant Vlachi et Ragusei et vidit quod unus Vlachus abstulit de vagina spatam dicto Ione et unus alius Vlacus percussit dictum Ione in capite cum uno lapide ita quod Ione cecidit in terram, sed non exivit sanguis. Et alius filius Pabore habebat duos lapides in manu, sed non vidit quod aliquem percuteret cum eis. Et vidit ibi in illa rixa plures Vlacos habentes aliquos eos spatas nudas, alios habentes arcus cum sagittis. Et vidit tunc quod unus Vlacus percussus fuit in capite cum uno lapide, qui Vlacus cecidit et stetit in terra per magnam horam, et exivit ei sanguis in magna quantitate, sed non vidit quis proiceret illum lapidem cum quo fuit percussus dictus Vlacus.

Petrus de Cranča examinatus ut supra, suo sacramento dixit sicut dictus Clime, et tantum plus quod vidit quod Vlacus unus percussit Ione cum uno lapide in capite ita quod ipse cecidit, et statim surrexit dictus Ione et cum uno lapide percussit illum Vlacum in capite ita quod cecidit et sanguis exivit.

**Fol. 10**

Lone de Livaça examinatus ut supra suo sacramento dixit quod vidit dictum rumorem et vidit quod plures lapides proiciebantur huic modo, sed non videbat quis eos proiceret. Et erant ibi tres Vlachi percussi cum lapidibus et erant cruentati. Et vidit quod Jone filius Pabore habebat unam spatam nudam in manu et ipse testis cum aliis pluribus interposuit se ad partendum rumorem. Et aliud nescit de predictis.

Dobrechena Vrede examinatus ut supra suo sacramento dixit quod vidit dictum rumorem et vidit quod in illo rumore unus Sclavus cum uno lapide percussit lone filium Pabore in capite ita quod ipse cecidit, et statim surrexit ille lone et proiecit unum lapidem contra illum Sclavum et vidit quod tunc ille Sclavus cecidit in terram et erat sanguinolentus in capite et in facie. Interrogatus si vidit quod lone percuteret cum lapide dictum Sclavum, respondit quod bene videtur sibi quod eum percussit, quia in illo menare lapidem quem proiecit dictus lone ille Vlacus cecidit in terram et vidit eum percussum in capite et cruentatum. Interrogatus si vidit quod alii pueri de Ragusio proicerent lapides contra Vlacos, respondit quod non.

Die XII<sup>o</sup> setembris.

Petrus prece comunis de mandato domini comitis et dictorum iudicum publice clamavit in locis solitis quod dictus lone infra tres dies proxime comparere deberet ad faciendum defensionem suam de predictis, aliter sit contumax secundum formam statuti.

Comparuit.

Junius Rapalinus, Pabora constituerunt se pleç(i)os et proprios pagatores quilibet pro parte sua, de eo quod dictus lone condempnabitur pro dictis excessibus. Et Pabora promisit conservare indempnem dictum Iunium Rapalinum de dicta pleçaria. lone perperos XII. Item perperum I fuit condempnatus.

Cassatum.

**Fol. 10'**

18.

17. IX.

*Marin, sin Stançe Pitotoka tuži Korčulanina Skocija da ga je istukao i poderao mu odjeću, a Skocije podnosi istovjetnu protutužbu.*

Die XVII setembris.

Marinus filius Stançe Pitotoci coram domino comite suo sacramento denunciavit et acusat Scoçium de Curçula quod eum verberavit et laceravit ei pannos et ipse Scoçius similem lamentacionem fecit supra ipsum Marinum.

Andreas filius Pauli de Sorco examinatus super predictis coram domino comite et suis iudicibus Marino de Petregna et Johanne de Çelipa suo sacramento dixit quod vidit dictos Marinum et Scoçe contententes simul et quod inter se percuciebat unus alium cum manibus sed non vidit quis inciperet. Interrogatus si vidit quod dictus Marinus auferet capucium vel aliquid aliud dicto Scoço, respondit quod non.

Cassatum.

Die XVIII setembris.

Dictus Marinus condempnatus perperos III, terminus VII dierum

Dictus Scoçe condempnatus perperos III

Die XXVIII setembris.

Radomillus nepos Dobriche Cumanis calegerii pleç pro Scoçio predicto de perperis II, solvendo quolibet mense grossos VIII. Sveça de Curçula, pater dicti Scoçi pleç pro dicto Scoço de perpero I, solvendo grossos IIII quolibet mense.

**Fol. 11**

19.

20. IX.

*Kći Marina de Chisegna žali se na Andriju de Sclavç da joj je rekao mnoge uwrede.*

Die XX setembris.

Filia Marini de Chisegna coram domino comite conqueritur supra Andream de Sclavç, quod dixit ei multas iniurias.

Testes Pasqua Çaruba

Palma Cul

Pasqua Çaruba examinatus super predictis coram domino Marco Gradonico et iuratis iudicibus Marino de Petregna et Martulo de Teduisio suo sacramento dixit quod vidit dictam mulierem contententem cum dicto Andrea sed non intellexit quod unus diceret iniuriam alteri.

Palma Cul examinatus ut supra suo sacramento dixit quod audivit dictam mulierem et dictum Andream contententes simul et dicentes sibi iniurias et Andreas vocando eam meretricem vilissimam et ipsa dicebat

Andree: "serve fili meretricis", sed nescit quis inceptit.

Andreas perperos IIII fuerit condempnatus.

Cassatum.

**Fol. 11'**

20.

22. IX.

*Primil Toljenov tuži se na Alegreta de Miloano da mu je krao drva i udario ga.*

Die XXII setembris.

Primillus de Tolleno coram domino comite conqueritur supra Alegretum de Milloano quod cum ipse Primullus ad portum scinderet ligna, venit dictus Grube et abstulit ei duo ligna et dictus Primillus petebat ei ligna sua et dictus Grube proiecit eum in terram et cum ipsis lignis percuciebat eum.

Testes Milloe /cassatum/ de cita Vegla

Elyas qui stat ad furnum illorum de Menç

Vole filius Pasque Çaruba pleç et proprius pagator pro dicto Alegreto de eo quod condempnabitur.

Et dictus Alegretus suo sacramento dixit quod ipse transibat prope ligna dicti Primilli cum una gonella in manu et accepit in manu unum lignum et dixit dicto Primillo: "da mihi istud lignum", et ille Primullus nolluit eum sibi dare et <accepit - cassatum> abstulit ei gonellam, et tunc ipse non dimitteret ei gonellam et ambo tirarent, ipse Alegretus tiravit ei capillos et dictus Primillus tiravit eum per capucium.

Elyas fornarius illorum de Menç examinatus super predictis coram domino Marco socio domini comitis et iuratis iudicibus Martolo de Teduisio et Johanne de Çelipa suo sacramento dixit quod vidit quod ille Primullus et unus vestitus de Vergato contendebant simul et ille de Vergato tenebat unum lignum in manu et vidit quod illo de Vergato decapilavit dictum Primillum.

Interrogatus si dictus Primullus percussit illum alium, respondit quod non.

Alegretus perperos VI fuit condempnatus.

Cassatum.

**Fol. 12**

21.

24. IX.

*Prvoje koji stanuje u Mlinima tuži Bratoslava iz Mlina da ga je istukao. Sličnu optužbu podiže i Bratoslav protiv Prvoja.*

Die XXIII setembris.

Pervoe qui stat ad Molina coram domino comite conqueritur supra Bratosclavum da Molina quod ad montagnam eum verberavit. Et dictus Bratosclavus similem acusam facit super dictum Pervoe.

Testes filius Ursacii de Bodača

Pasqua filius Savini de Poča

Cranoe frater dicti Pervoe pleç et proprius pagator pro dicto Pervoe de eo quod condempnabitur pro dicta acusa.

**Fol. 12'**

22.

25. IX.

*Raden Radostin i Prodan, momak Martula de Scarito, oglobljeni su zbog svađe i tučnjave s nekim mesarom.*

Die XXV setembris.

Raden de Radosta, Prodanus homo Martuli de Scarito fecerunt rixam <simul et quilibet - cassatum> cum uno becario et eum verberaverunt.

Quilibet eorum fuit condempnatus perperos VI

Cassatum.

Martulus de Scarito est pleç et proprius pagator pro dicto Prodano de perperis VI, solvendo perperos II ad festum Pasce Resurrectionis Domini proxime venturis, et perperos II ad aliud festum Pasce, et alios perperis II ad aliud festum Pasce.

Menç Mathie de Menç pleç pro dicto Radeno de perperis VI, solvendo perperos II ad festum Pasce Resurrectionis Domini, et alios perperos II ad aliud Pasca et perperos II ad aliud Pasca.

Johannes de Radomillo de Gravoixa promisit super se et omnia sua bona conservare indempnem dictum Menç de Menç de dicta pleçaria.

23.

25. IX.

*Nenad iz Kotora kažnjen je globom jer je ukrao jednu kožu u mesnici.*

Nenadus de Cataro scorcator condempnatus fuit perperum I quia fraudavit unam pellem in becharia.

**Fol. 13**

24.

30. IX.

*Petruša, supruga postolara Radobe tuži Dimitrija Despello da ju je uvrijedio.*

Die XXX setembris.

Petrussa uxor Radobe calegerii coram domino comite conqueritur supra Dimitrium Despelli quod cum ipsa transiret per viam, ipse misit manus in eam et iniuriose tiravit eam dicendo ei: "turpis meretrix".

Testes Bratosclavus calegerius

Grupxa calegerius

Millota calegerius

Radoanus calegerius

Petrichena calegerius

Bratusclavus calegerius examinatus super predictis coram domino comite et iuratis iudicibus Petro de Prodanello et Petro de Pabora, suo sacramento dixit quod de predictis nihil scit.

Radoan, Millota similiter dixerunt.

Grupsa calegerius examinatus ut supra suo sacramento dixit quod audivit dictum Dimitrium dicentem dicte Petrusse: "turpis meretrix, ego probabo te si tu es meretrix". Sed non vidit quod eam tangeret.

Dimitrius fuit condempnatus perpero I.  
Cassatum.

**Fol. 13'**

Kalendae octubris MoCCCXIIo, indictione decima.

25.

4. X. 1312.

*Kalenda, sin Matije Buconjića tuži Iliju, sina Lovre de Savinni da ga je istukao i poderao mu odjeću.*

Die IIII setembris (sic !)

Calenda filius Mathie de Buçignolo coram domino comite suo sacramento denunciat et acusat Elyam filium Laurencii de Savinni quod prope stationem dicti Calende eum verberavit et laceravit ei pannos.

Testes Goie filius Marini de Petregna

Vita filius Pasque de Mergnuco

Gergo de Caseliça Goie filius Marini de Petregna examinatus super predictis coram domino comite et iuratis iudicibus Nicola de Sorco et Petro de Prodanello suo sacramento dixit quod vidit dictos Calendam et Elyam ludentes ad stationem dicti Calende ad tabulas. Et dictus Elyas dixit dicto Calende: "ludimus ad VII tabulas", et Calenda dixit Elye: "vade diabole, nolo ludere", et percussit eum cum pede et postea de manu dictum Elyam. Et tunc dictus Elyas percussit cum manibus dictum Calendam.

Gergo de Caselica examinatus ut supra suo sacramento dixit sicut dictus Goie.

Vita filius Pasque de Mergnucho examinatus ut supra suo sacramento dixit quod ipse ludebat ad tabulas et audivit dictos Elyam et Calendam contententes sed non vidit si unus alium percussit.

Calenda perperos VI fuit condempnatus.  
Cassatum.

**Fol. 14**

26.

7. X.

*Domanja Golebo, u ime svoga sina Pute, tuži Marina de Goghe da je istukao njegovu sina.*

Die VII<sup>o</sup> octubris.

Domagna Golebo pro Pute filio suo coram domino comite conqueritur supra Marinum de Goghe quod in becharia verberavit dictum filium suum.

Testes Misce de Pera de Gaiscla

Bocde de Rasemeno

Pancrati de Cresella

Bocde de Rasemen examinatus super predictis coram domino Marco socio domini comitis et iuratis iudicibus Petro de Prodanello et Ursacio de Bodaça suo sacramento dixit quod vidit dictum Marinum qui dixit filio Domagne Golebo: "tu verberasti filium meum", et incepit decapilare et percutere cum manibus filium Domagne Galebo.

Marinus predictus condempnatus perperos VI  
Cassatum.

**Fol. 14'**

27.

12. X.

*Marin don Petra Menčetića priznaje da je udario nekog siromaha, zato što mu je ovaj podmetnuo štap, tako da je umalo pao.*

Die XII octubris.

Marinus de don Petro de Menç ad presenciam domini comitis dixit et confessus fuit quod cum transiret per viam, quidam pauper cum uno baculo ambulat et posuit ipsi Marino baculum inter tibias ita quod fere cecidit et ut non caderet ipse Marinus impegit dictum hominem cum manu.

Cassatum.

Çare Cotoranus pleç et proprius pagator pro dicto Marino. Condempnatus fuit Marinus perperos VI.

**Fol. 15**

28.

23. X.

*Ivan, momak Korčulanina Marina tuži Andriju de Tupsa da ga je istukao.*

Die XXIII octubris.

Ivan puer Martini de Curçula coram domino comite conqueritur supra Andream de Tupsa quod eum verberavit prope portum.

Testes Bocdan Desvoiten

Petrus preco (comunis)

Elya

Bocdanus filius Cranisse

Petrus preco comunis examinatus super predictis coram domino Marco socio domini comitis et suis iudicibus Pancraccio de Saraca et Matheo de Petregna suo sacramento dixit quod vidit quod dictus Andreas dicebat dicto Ivano quod iret ad barcam quia erat puer suus et stabat cum eo, et Martinus de Curçula dicebat quod erat puer suus. Et vidit quod dictus Andreas decapilavit dictum Ivanum, dicendo quod eum poterat castigare quia puer suus erat.

**Fol. 15'**

29.

23. X.

*Ratica, kći Dobreče sa Šipana, tuži postolara Stanča da je provalio u njezinu kuću i posjekao joj ruku nožem.*

Die XXIII octubris.

Ratheca filia Dobrechi de Iupana coram domino comite conqueritur supra Stançe calegerio quod cum esset in domo sua violenter aperuit ei hostium domus et cum una cultella percussit eam in manum ita quod sanguis exivit.

Testes Grubexa calegerius et alii.

Grubexa calegerius examinatus super predictis coram domino comite et iuratis iudicibus Petro de Prodanello et Petro de Pabora suo sacramento dixit quod de predictis nihil scit.

Cassatum.

30.

1. XI. 1312.

*Klime de Sorento mora platiti globu jer nije htio prodati meso Margaritu Krušiću.*

Die primo novembris.

Marcus de Schimosiça, Pasqua Çaruba, Petrus Cuçeta, Iunius Baraninus dant pro condemnato de perperis II Klime de Sorent quia noluit vendere de carnibus Margarito de Cros.

31.

5. XI.

*Ivanko Sorkočević mora platiti kaznu jer nije htio prodati meso Germanu de Picinico.*

Die V<sup>o</sup> novembris.

Marcus de Schimosiça, Rossinus de Saraca, Petrus Cuçeta, Iunius Baraninus iusticiarii ex officio suo dant pro condempnato Ivancum de Sorcoç quod noluit vendere de carnibus Germano de Piçinico et erant de pecude et dicebant quod erant de castrato.

32.

5. XI.

*Junije Baranin kaže da mu Radosta Sissa nije htio prodati iznutricu.*

Item Iunius de Baranino dicit quod petiit unam cordam a Radosta Sissa et noluit eam sibi vendere.

33.

5. XI.

*Bogdan de Rasemen mora platiti kaznu jer nije htio prodati meso Juniju Baraninu.*

Eadem die.

Marcus de Schimosiça, Iunius Baraninus iusticiarii dant pro condempnato Bocdanum de Rasemen quod noluit vendere carnes ipse Iunio.

**Fol. 16**

Kalendae novembris M<sup>o</sup>CCCXII, indictione decima.

34.

4. XI.

*Dime Dražin s Lopuda tuži Nalješka Jurkovog da ga je istukao i pokušao zadaviti.*

Die IIII<sup>o</sup> novembris.

Dime de Druse de Insula coram domino comite conqueritur super Nalescum de Iurco de Insula quod heri sero ante terciam campanam in portu eum verberavit et posuit ei manus ad gulam volens eum occidere et illi de galea Georgii venerunt ad iuvandum eum.

Testes Radoanus de Curçula

Osrichena de Curçula

Stepan homo Marini de Grubexa

Georgius de Antibarò

**Fol. 16'**

35.

4. XI.

*Radosta Babovičić tuži Ivana iz Šumeta da ga je udario kamenom u glavu.*

Die IIII<sup>o</sup> novembris.

Radosta Baboviçich de Ragusio coram domino comite suo sacramento denunciavit et acusat Ivanum de Iuncheta quod in galea Georgii eum percussit cum uno lapide in capite ita quod sanguis exivit.



Testes Primullus Raticovich

Nicola Gerdomanich

Primullus Raticovich examinatus super predictis coram domino Marco socio domini comitis et iuratis iudicibus Nicola de Sorco et Ursacio de Bodaça suo sacramento dixit quod in galea Georgii dictus Radosta signaverat unum banchum et ibi posuerat unum suum barile et venerunt duo homines de galea quorum nomina nescivit et abstulerunt inde barile illius Radoste et posuerunt suum. Et tunc venit dictus Radosta et dixit: "quis abstulit meum barile", et illi duo dixerunt: "nos accepimus", et tunc verberaverunt dictum Radostam. Et vidit quod unus predictorum duorum percussit dictum Radostam cum uno lapide in capite ita quod sanguis exivit. Interrogatus si dictus Radosta faciebat predictis iniuriam, respondit quod non.

Nicola Gherdomanich examinatus ut supra suo sacramento dixit in omnibus sicut dictus Primullus.

**Fol. 17**

36.

7. XI.

*Korčulanin Martin tuži Bonana, momka Nikole Menčetića da ga je udario komadom drveta po licu.*

Die VII novembris.

Martinus de Curçula coram domino comite suo sacramento denunciavit et accusavit Bonnanum puerum Nicole de Menç quod eum percussit cum uno ligno in fronte ita quod sanguis exivit.

Testis filius Savini de Poça minor Raden de Curçula examinatus super predictis coram domino comite et suis iudicibus Ursacio de Bodaça, Petro Prodanello et Petro de Pabora, suo sacramento dixit quod ipse vidit quod dictus Martinus contenderat prius cum Nicola de Menç et postea cum dicto Bonnanno et Nicola dicebat Martino: "tu incidisti ancoram meam", et Martinus dicebat: "ego non incidi, sed si posuistis sartiam vestram super meam et incisa est quam culpam habeo ego". Et postea contendebat cum dicto Bonnanno et dictus Martinus menavit cum uno ligno et voluit percutere dictum Bonnanum et non percussit eum et tunc Bonanus accepit unam argutam et percussit dictum Martinum in fronte ita quod ipse Martinus cecidit in terram et sanguis exivit. Et postea Martinus percussit dictum Bonnanum cum manu in capite.

Nicho filius Savini de Poça examinatus supra suo sacramento dixit quod ipse erat ad palatam et audivit rumorem, sed nichil vidit de predictis.

Dobranus da Lerba examinatus ut supra suo sacramento dixit quod ipse erat ad pontem et vidit quod dicti Martinus et Bonanus contendebant et dictus Martinus bis cum pugno in capite percussit dictum Bonnanum.

Interrogatus si vidit quod dictus Bonanus percussit dictum Martinum, respondit quod non. Interrogatus si vidit quod dictus Martinus esse percussus in aliquo loco, respondit quod non.

**Fol. 17'**

37.

24. XI.

*Nosač Sulija tuži Dimitrija Doctrina da ga je udario šakom.*

Die XXIII novembris.

Sulia bastasi coram domino comite conqueritur supra Dimitrium Doctrino quod prope domum dicti Dimitrii percussit eum cum pugno in flanchis.

Testes non habent.

38.

24. XI.

*Krčmarica Pervica mora platiti kaznu, jer je upotrebljavala krivu mjeru.*

Die XXIII novembris.

Pasqua Çaruba, Marcus de Schimosiça, Petrus Cuçeta, Rossinus de Saraca, Thomas de Dersa iusticiarii dant pro condemnata Perviçam tabernariam de perperis V quia invenerunt sibi mensuram falsam.

Cassatum.

Ursacius de Bodaça pleç et proprius pagator pro dicta Perviça de grossis XXX pro parte comunis, de solvendo usque ad festum Nativitatis Domini proxime venturis.

39.

24. XI.

*Klime, sin Marina Gučetića se zaklinje da je vatra u njegovoj kuhinji bila zapretna pepelom poslije trećeg zvona.*

Die XXIII<sup>o</sup> novembris.

Clime filius Marini de Goçe coram domino comite et sua curia fuit confessus quod coquendo cenam heri sero ante terciam campanam caligo camini sui accenssa fuit et nemo tunc vidit et quod post terciam campanam ignis quem habebat in (co)quina erat copertus cum cinere et hoc firmavit per sacramentum.

Cassatum.

**Fol. 18**

40.

27. XI.

*Martin, sin Dujma iz Trogira optužuje krznara Danijela da ga je istukao i poderao mu odjeću.*

Die XXVII novembris.

Martinus filius Duimi de Tragurio suo sacramento coram domino comite denunciatur et acusat Daniele pellicarium quod eum verberavit et laceravit ei pannos.

Testis Clime çavaterius.

**Fol. 18'**

41

28. XI.

*Dimitrije Dospello tuži Petru, suprugu postolara Radobe i njezinu sestru Dobru da su ga vrijeđale.*

Die XXVIII novembris.

Dimitrius Dospello coram domino comite suo sacramento denunciatur et acusat Petram de Burçeta uxorem Radobe calegerii et ipsum Radobam et Dobram sororem dicte Petre quod ambe dixerunt ei iniurias vocando eum spurianum et filium meretricis et quod de culo matris sue se gaudebat.

Testis Leona(r)dus de Rasti

Millosclavus frater de Çoreno

Et dominus comes precepit dicto Dimitrio quod cum aliqua predictarum non faciat rixam vel rumorem verba vel facto in pena de perperis XX pro qualibet vice. Similem preceptum fecit dictis Petre et Dobre et matri eorum in pena de perperis X pro qualibet vice. Similiter dicto Radobe in pena de perperis X quod non faciant rixam cum dicto Dimitrio.

Milloscla frater de Çoren examinatus super predictis coram domino Marco socio domini comitis et iuratis iudicibus Pancraccio de Saraca et Matheo de Petregna, suo

sacramento dixit quod audivit matrem Dimitrii Dospello dicentem dicte Borçelle: "vilis méretrix", et dicta Borçella dixit: "tu vocas me meretricem sed tu fuisti maior meretrix quam ego" et non aliud audivit.

Leonardus de Rasti examinatus ut supra suo sacramento dixit quod de predictis nihil scit.

Quelibet perperus I  
Cassatum.

**Fol. 19**

42.

30. XI.

*Krojač Vlaho se žali da su mu krojač Perša i Marin Dobrostin prethodne noći razbili vrata.*

Die ultimo novembris. Blasius sartor conqueritur quod hac nocte Perssa sartor et Marinus de Dobrosti sartor fregerunt sibi portas stationis sue. Testis Nicola Petri de Çorçi. Johannes de Çelipa, examinatus super predictis coram domino Marco socio domini comitis et suis iudicibus Pancraccio de Saraco et Matheo de Petregna suo sacramento dixit quod de predictis nihil scit. Nicola de Pero de Çorçi examinatus ut supra suo sacramento dixit quod bene audivit quod lapides proiciebantur contra stationem dicti Blasii, sed non vidit nec scit quis eos proiceret. Cassatum.

**Fol. 19'**

Kalendae decembris MoCCCXII<sup>o</sup>, indictione decima.

43.

3. XII. 1312.

*Rade, bivša sluškinja sv. Bartolomeja, tuži Kranislava Mirenića, slugu Menče Matijina, da ju je istukao u njezinoj kući i oteo joj ogrtač i dvije srebrne naušnice.*

Die tercio decembris.

Rade que fuit puella Sancti Bartholomei suo sacramento denunciavit et acusat Cranisclavum Mirenich servitorem Mencii de Mathia quod in domo sua post terciam campanam eam verberavit et per fortium ei abstulit unam gonellam et duos cercellos de argento.

Testes Misce scaler

socera eius

Rosa de Miscox

Dobresti de la Berdança.

Cassatum.

**Fol. 20**

44.

7. XII.

*Knez istražuje prijavu o otuđenju općinskog oružja.*

Die VII<sup>o</sup> decembris.

Quia ad audienciam domini comitis pervenerit quod de armis comunis ipse fuerunt armate barce pro galea frumenti, esset penes infrascriptum Dimitrium scribanum navis illorum de Gundula, per inquisitionem sic invenit. Dimitrius filius Symonis de Recux scribanus navis illorum de Gundula coram domino comite et suis iudicibus Nicola de Sorco, Petro de Prodanello, Ursacio de Bodaça et Nicola de Gundula suo sacramento firmavit quod nesciebat ubi essent de armis comunis quando barce fuerunt armate pro galea frumenti illorum de Ianua, sed quando extracte fuerunt arma de dicta navi, fuerunt recepte XX coraçe sed navis non habet nisi XVIII coraças. Dimitrius filius Symonis de Recux de perperis X  
Cassatum.

45.

11. XII.

*Nikola Valijev de Çerçi, u ime svoga brata Petra tuži Mihi Gema da je nožem posjekao spomenutog Petra po licu.*

Die XI decembris.

Nicola de Valli de Çerçi pro Petro fratre suo coram domino comite denunciavit et acusat Micham Gemo quod heri sero ad terciam campanam prope domum Vite de Çorçi percussit dictum Petrum cum uno cultello in facie ita quod sanguis exivit.

Cassatum.

Eadem die.

Milce prece comunis de mandato domini comitis et suorum iudicum Nicole de Sorco, Petri de Prodanello et Ursacii de Bodaça publice clamavit in locis solitis quod dictus Micha infra tres dies debeat comparere ad faciendum suam excusam de dicta accusa in eum facta, aliter sit contumax secundum formam statuti. Item clamavit quod dominus comes facit omnibus ad memoriam quod dominus Belletus Falletro tunc comes Ragusii in sententia quam dedit contra dictum Micham dixit quod si aliquis in Ragusio vel districtu offenderet vel occideret dictum Micham existentem in banno et contumacia processus dicti domini Belleti, nulla Pena incurrat.

Non comparuit.

Micha predictus fuit condemnatus perperos L. Item pro contumacia perperos XXV.

**Fol. 20'**

46.

14. XII.

*Dobre, sluškinja Stjepana de Silvestro tuži Dimitrija, bastarda Done Drimcaxa da ju je izudarao šakama i prosuo joj brašno.*

Die XIII decembris.

Dobre servicialis Stephani de Silvestro coram domino comite conqueritur supra Dimitrium bastardum de Done Drimcax quod ad molina eam verberavit cum pugnibus et sparsit ei farinam.

Testes Radoneç Chervavica

filius Boixe qui stat ad sanctum Iacobum.

**Fol. 21**

47.

17. XII.

*Knez istražuje ubojstvo Grgura de Çepre.*

Die XVII<sup>o</sup> decembris.

Cum ad audienciam domini comitis pervenisset quod Gregorius de Çepre fuisset vulneratus in pectore in latere sinistro et quod ex ipso vulnere idem Gregorius statim mortuus esset, ipse dominus comes volens ex officio et regimine suo inquirere de dicto maleficio, invenit in hunc modum.

Marinus de Perchio examinatus super predictis coram domino comite et iuratis iudicibus Nicola de Sorco, Petro de Prodanello, Ursacio de Bodaça, Nicola de Gundula et Petro de Pabora suo sacramento dixit quod ipse est de guardia et de mandato Marini de Mergrucho capitanei sui, ipse et Paulus de Iuda ibant post terciam campanam custodiendo et querendo per civitatem. Et cum venisset prope domum Sclavi becherii vidit duos homines cum una muliere qui habebant lumen in una laterna. Et iste testis dicit quod unus illorum erat Nicoletus qui fuit puer Gregorii de don Paulo et scribanus Cranisclavi et alium non cognovit. Et dicit quod desuper versus civitatem

prohiciebantur lapides contra illos homines, sed non vidit nec scit quis prohiceret dictos lapides. Et cum iste Marinus veniret ad capitaneum ad dicendum ei illa que viderat, obviavit Gregorio de Çepre et dixit ipsi Gregorio: "nescio quis prohibet lapides ad partes illas versus domum tuam". Et iste Marinus veniendo versus logiam comunis obviavit capitaneo et aliis de guardia et dixit capitaneo de illis hominibus quos viderat et sicut lapides prohiciebantur. Interrogatus si vidit vel scit quis percussit dictum Gregorium, respondit quod non. Radoe marangon examinatus ut supra suo sacramento dixit quod ipse est de guardia et quod de mandato dicti capitanei sui ibat cum Gregorio de Çepre custodiendo et querendo per civitatem post terciam campanam. Et ad domum Guercie invenerunt tres homines sive duos homines et unam mulierem et cognovit quod unus illorum erat Donatellus de Venetiis et alios duos non cognovit. Et isti duo de guardia dixerunt illis: "quare itis post terciam campanam?", et illi dixerunt: "nos querimus de mulieribus", "et quare portatis spatas?", et ipsi dixerunt: "quia placet nobis", et sic venerunt ad verba cum eis, et dictus Gregorius menavit de una macia de ligno contra illum de illis hominibus quem ipse testis non cognovit, et ille extrasit unum cultellum et menabat de cultello contra Gregorium et pugnabant simul. Et

### Fol. 21'

reicabant se illi duo pugnando simul versus domum Marini de Vilano et versus domum Savini de Poça. Et tunc iste Radoe causavit et trazit se versus domum Sclavi becherii. Et vidit quod duo ex dictis hominibus fugerunt sursum versus civitatem et alius fugit versus Sanctum Dompnum. Interrogatus si dictus Donatellus habebat arma, respondit quod sic unam spatam et extrasit eam contra istum Radoe. Interrogatus si vidit vel scit quis percussit dictum Gregorium, respondit quod non.

Paulus de Juda examinatus ut supra, suo sacramento dixit quod ipse est de guardia et ibat cum Marino de Percho post terciam campanam querendo et custodiendo per civitatem. Et dicit quod ipse ivit domum ad bibendum aquam, et audivit Radoe clamantem et venit illuc et Radoe dixit ei: "vide tres homines qui portant arma". Et erant illi homines prope domum Guercie. Et isti de guardia dixerunt illis: "quare portatis arma?", et illi dixerunt: "quia placet nobis quia summus foresterii". Et venerunt ad verba cum eis. Et dictus Gregorius menavit de una macia de ligno contra illum qui erat cum Donatello et ipsum insequabatur et pugnabat cum eo. Et ille extrasit unum bordonem sive unum cultellum da ferire et menabat contra Gregorium et sic pugnando simul reicabant se usque prope portam Savini de Poça, et cum sic unus ipsorum duorum menaret contra alium et pugnarent simul, Gregorius cecidit prope portam Savini de Poça et dixit: "heu mihi, ego sum mortuus". Et

### Fol. 22

tunc ille qui habebat bordonem sive cultellum qui pugnabat cum dicto Gregorio fugit versus civitatem sursum. Et dicit iste Paulus quod cum curisset ad ipsum Gregorium, interrogavit eum quis ipsum percusserat. Et Gregorius dixit: "unus puerorum domini comitis percussit me". Et tunc iste Paulus dixit eidem Gregorio: "custodias tibi animam, quia aliquis puerorum domini comitis non fuit hic". Et tunc Gregorius dixit: "ego non cognosco illum qui percussit me". Interrogatus si cognovit illos homines quos invenerunt, respondit quod non cognovit nisi Donatellum. Interrogatus si scit vel vidit quis percussit dictum Gregorium, respondit quod non, sed credit pro certo quod ille qui habebat bordonem sive cultellum quem iste Paulus non cognovit percussit ipsum Gregorium quia pugnabat cum ipso. Interrogatus si vidit quod Donatellus haberet arma, respondit quod sit unam spatam, et eam extrasit contra Radoe et contra istum Paulum et percussit de ipsa spata in maciam dicti Radoe et dedit de spata in rutellam de ferro dicto Paulo. Et dixit isti Paulo: "ego cito facerem ire tibi budellas per terram". Et iste Paulus etiam extrasit spatam contra Donatellum.

Marinus de Mergnucho capitaneus guardie examinatus ut supra suo sacramento dixit quod ipse ibat cum custodibus per platheam post terciam campanam et cum esset prope domum Tripe de Çorçi audivit rumorem versus Sanctum Dompnum et cucurrit illuc. Et invenit quod Gregorius de Cepre erat vulneratus et illuc supervenerant milites et familia domini comitis. Interrogatus si audivit a dicto Gregorio quis eum percussisset, respondit quod non audivit aliud ab eo nisi quod ipse dixit: "ego sum mortuus". Item dicit dictus Marinus quod ipse audivit a Marino de Perchio quod ipse in partibus illis tunc modicum ante viderat Nicoletum qui fuit scribanus Cranisclavi cum uno alio quem non cognovit et habebant lumen. Interrogatus si scit quis percussit dictum Gregorium, respondit quod non.

Guercia examinata ut supra, suo sacramento dixit quod Nicoletus predictus et Donatellus post terciam campanam cum una lanterna venerunt ad eam et Donatellus dixit ei: "quere nobis unam mulierem", et ipsa dixit eis: "non queram". Et tunc supervenerunt Gregorius de Cepre et Radoe marangonus et Paulus de Iuda et dixerunt istis Nicoletum et

### **Fol. 22'**

Donatello: "quare itis vos post terciam campanam?", et illi dixerunt: "nos querimus de mulieribus", "et quare portatis arma?", "quia placet nobis quia sumus foresterii". Et tunc venerunt ad verba simul. Et dictus Gregorius cum una spata percussit bis dictum Nicoletum in spatula. Et dictus Nicoletus extrasit unum cultellum da ferire et menabat contra Gregorium cum cultello et Donatellus extrasit unam spatam contra alios. Et tunc illa Guercia incepit clamare: "accurrite, accurrite, quia homines occidunt se simul", et multe persone cucurrent et de illis de guardia et de vicinibus, et ipsa fugit ad domum Rubee. Interrogatus si vidit vel scit quis percussit dictum Gregorium, respondit quod non.

Milla uxor condam Elye de Putigna, examinata ut supra, suo sacramento dixit quod post terciam campanam audivit in vicinia illa et in partibus illis magnum rumorem et vidit quod unus homo cum una macia de ligno menabat contra unum alium qui dicitur fuisse foresterius. Et ille foresterius menabat contra illum cum uno cultello da ferire et unus alius habebat unam spatam. Et alius qui habebat spatam qui videbatur foresterius fugit per viam inferiorem versus platheam. Et ille qui habebat cultellum et ille qui habebat maciam de ligno menabant inter se unus contra alium et ille qui habebat maciam cecidit et dixit; "heu mihi ego sum percussus". Et ille qui habebat cultellum fugit sursum versus civitatem. Interrogatus si vidit quis percussit dictum Gregorium, respondit quod non, sed bene vidit tunc illum qui habebat cultellum menantem contra illum qui habebat maciam cum cultello, et non credit quod alius potuit percutere eum, nisi ille qui habebat cultellum.

Donatellus de Venetiis examinatus ut supra suo sacramento dixit quod ipse ibat ad bibendum cum dicto Nicoletum et quando iam biberant, Nicoletus ivit versus domum Guercie et ipse ivit cum eo et tunc supervenerunt tres de guardia et venerunt ad verba cum dicto

### **Fol. 23**

Nicoletum et unus eorum extrasit unam spatam et unus alius menavit cum una macia contra dictum Nicoletum. Et tunc dictus Nicoletus extrasit unum cultellum da ferire. Et quando ipse Donatellus vidit quod faciebat rixam, ipse recessit. Interrogatus si scit quis percussit dictum Gregorium, respondit quod non. Interrogatus si ipse Donatellus habebat spatam et si eam extrasit, respondit quod habebat spatam et quod in principio eam extrasit, sed quando vidit quod faciebant rixam, ipse recessit et nescit quod postea fecerunt.

Mernuçacha iuratus medicus comunis examinatus ut supra suo sacramento dixit quod nescit quis percussit dictum Gregorium, sed bene vidit vulnus factum ipsi Gregorio in pectore in latere sinistro aliquantulum supra mamullam et dicit quod

dictum vulnus mortale erat et quod exempli ipso vulnere dictus Gregorius statim mortuus est et quod ipsum vulnus factum fuerat cum uno cultello sive cum lançeta.

Die XVII<sup>o</sup> decembris.

Petrus preco comunis de mandato domini comitis et dictorum iudicum publice clamavit in locis solitis quod dictus Nicoletus infra tres dies proximos debeat comparere ad excusandum se de predictis, aliter sit contumax secundum formam statuti.

Non comparuit.

Die XX decembris.

Dictus Donatellus fuit et erat in forcia domini comitis et civitatis Ragusii et cum per inquisitionem suprascriptam non fuerit inventus haberet culpam de dicto homicidio, dictus dominus comes cum predictis iudicibus eum libere dimiserunt et per sententiam absolverunt eundem. Nisi in tantum quod quia post terciam campanam habebat spatam solvat perperos V et perdat spatam. Item dominus comes ex suo arbitrio quia extrasit spatam contra custodes condempnavit eum perperos XVI. Item perperum I quia erat sine lumine post terciam campanam.

Dictus Donatellus solvit totam suam condempnationem predictam.

Predictus dominus comes cum dictis iudicibus sentenciaverunt dictum Nicoletum bannitum sicut homicidam.

**Fol. 21'**, umetnuto - interpolatum

48.

20. XII.

*Barbi Çotus tuži Kakaresa da ga je udario šakom u glavu.*

Die XX decembris.

Barbius Çotus coram domino comite suo sacramento denunciatur et acusat Cacaesum quod eum percussit cum manu in capite in platea.

Testes Obradus Çotus qui est venditor rerum in platea

Missoe

Cassatum.

**Fol. 23'**

49.

22. XII.

*Knez istražuje slučaj ranjavanja Andrije de Slavç.*

Die XXII decembris.

Cum audienciam domini comitis pervenisset quod Andreas de Slavç fuisset percussus et vulneratus, ipse dominus comes volens ex officio et regimine suo inquirere de ipso malefitio, invenit in hunc modum.

Andreas de Slavç examinatus super predictis coram domino Marco socio domini comitis et iuratis iudicibus Petro de Prodanello et Nicola de Gundula suo sacramento dixit quod hodie eundo ad prandium, cum ipse Andreas esset subtus porticum, venit Matheus de Dersa contra eum et nescit utrum ex solacio vel ex ira faceret et percussit eum cum uno cultello in flanchis ita quod sanguis exivit.

Interrogatus si habuit verba aliqua vel inimicicias cum dicto Matheo, respondit quod non. Interrogatus si aliquis erat presens, respondit quod non.

Matheus de Dersa examinatus super predictis coram domino comite et suis iudicibus Petro de Prodanello et Nicola de Gundula, ad excusationem suam de predictis suo sacramento firmavit quod dictus Andreas dixit ei iniurias multas dicendo ei quod erat ebriagus et ravaguosus et ipse dixit dicto Andree: "spuriane filie unius meretricis".

Interrogatus si eum percussit cum aliquo cultello nec cum aliqua re, respondit quod non, nec eum tetigit. Interrogatus si ipse Matheus habebat vel extrasit aliquem

cultellum contra dictum Andream, respondit quod non habebat aliquem cultellum nec aliquem cultellum extrasit contra eum.

Scocius examinatus ut supra suo sacramento dixit quod ipse erat ad tabernam Sancti Nicole, et vidit quod occasione fratrum minorum dicti Matheus et Andreas venerunt ad verba simul, et quod Matheus dicebat Andree: "spuriane fili unius meretricis, villissime serve", et Andreas dicebat dicto Matheo: "ebriago et ravaiose". Et nichil aliud scit de predictis. Interrogatus quis incepit dicere iniurias uni alteri, respondit quod nescit.

#### **Fol. 24**

Marinus Binçole de Fusco, examinatus ut supra suo sacramento dixit quod ipse erat ad tabernam Sancti Nicole die Iovis proxime preteritis et ibi erant Matheus de Dersa et Andreas de Slavç et plures alii. Et Andreas dixit Matheo de Dersa: "dominus comes fecit deiactari scalam fratrum minorum" et Matheus dixit: "et tu mentiris vilissime spuriane fili unius meretricis". Et Andreas dixit ei: "et tu es ebriagus et ravaiosus vituperatus", et dixerunt sibi unus alteri multas iniurias. Et in sequenti die circa horam prandii iste Marinus ibat cum dicto Andrea, et cum venissent ad porticum prope domum dicti Mathei, venit dictus Matheus contra dictum Andream cum uno cultello da pane in manu qui videbatur habere pontam fractam et dixit dicto Andree: "tu dixisti mihi tot iniurias" et menavit de ipso cultello contra dictum Andream et tunc in illa hora Andreas dixit: "ego sum percussus" et apodiavit se ad murum et posuit manum subtus pannos et extrasit manum sanguinolentam et post hoc in continenti supervenerunt don Matheus et Priasnus de Ranina et alii qui duxerunt ad domum ipsum Andream. Interrogatus si vidit quod ipse Matheus percuteret dictum Andream tunc cum cultello, respondit quod vidit dictum Matheum menantem cum cultello contra ipsum Andream et quod tunc ipse Andreas clamavit et dixit: "ego sum percussus" et posuit manum subtus pannos et extrasit eam sanguinolentam. Interrogatus de presentibus, respondit quod multe persone cucurerunt, sed non recordatur qui essent.

Pasqua Çaruba examinatus ut supra suo sacramento dixit quod heri circa horam prandii ipse sedebat cum Matheo de Dersa et uxore eius ad portam ipsius Mathei et tunc transibat inde Andreas de Slavç, et Matheus de Dersa ivit contra eum et fuerunt simul ad verba, et iste Pasqua interposuit se et multe persone cucurerunt ad rumorem.

Interrogatus si vidit quod dictus Matheus haberet aliquem cultellum in manu et si vidit quod percuteret dictum Andream cum cultello, respondit quod bene vidit quod dictus Matheus habebat unum cultellum nudum in manu tunc in ipso rumore, sed non vidit quod dictus Matheus percuteret ipsum Andream, sed statim in modica hora in ipso rumore dictus Andreas clamavit et dixit: "heu, ego sum percussus", et vidit quod Andreas posuit sibi manum subtus pannos et extrasit eam sanguinolentam. Matheus fuit condempnatus perperos X. Cassatum.

#### **Fol. 24'**

Die XXIII<sup>o</sup> decembris.

Matheus de Dersa, Clime de Dersa, Iunius de Dersa, Thoma de Dersa, Nico filius Marini de Dersa iuraverunt mandata domini comitis et dominus comes precepit eis et cuilibet eorum per cancellarium quod verbo vel facto non faciant nec fieri faciant rixam vel rumorem cum Andrea de Slavç, in pena de perperis C pro quolibet et pro quolibet vice.

Eadem die.

Andreas de Slavç iuravit mandata domini comitis et dominus comes precepit et quod verbo vel facto per se vel per alium non faciat nec fieri faciat rixam vel rumorem cum aliquo predictorum de Dersa in pena de perperis C pro quolibet et quolibet vice.



**Fol. 25**

50

26. XII.

*Martul, sin Barbija Çota tuži Sergija de Çeria, Paula de Grubexa i Andriju de Galoç da su ga istukli i ozlijedili mu ruku i nasilno ga odvuikli u kaštel.*

Die XXVI decembris.

Martulus filius Barbi Çoti suo sacramento denunciatur et acusat Serçium de Çeria, Paulum de Grubexa et Andream de Galoç quod eum verberaverunt et inciderunt sibi manum ita quod sanguis exivit et per forcium duxerunt eum in castellum.

Testes Dimitrius filius Done de Drincax

Ione filius Blasii Flasco

Bocdanus fererius

Marinus filius Prode de Caçaladia

Paulus de Grubexa examinatus super predictis coram domino comite et iuratis iudicibus Petro de Prodanello, Ursacio de Bodaça, Nicola de Gundula et Petro de Pabora, suo sacramento dixit quod in plathea Milgostus Longus sallaciabatur cum Barbio Çoto et dixit Serçio de Çeria, Andree de Volçi et Paulo de Grubexa: "faciatis reverenciam isti domino". Et Serçius sallaciabatur ibi, et tunc Martulus filius dicti Barbi dixit isti Serçio: "quare facitis iniurias patri meo", et Serçius dixit: "ego non facio iniurias aliquas". Et tunc filius Barbi posuit manum subtus et Paulus vidit quod ipse tenebat cultellum subtus guarnaçonum tractum de vagina et tunc Paulus posuit manum subtus filio Barbi et abstulit ei cultellum. Interrogatus si posuit manum supra filium Barbi et si eum vel alius duxit eum in castellum, respondit quod non sed veniebat retro post eos petendo cultellum suum et Dimitrius de Drincax veniebat post eos dicendo: "pareatis ei et reddatis ei cultellum", et ipse Paulus dixit dicto Dimitrio: "eatis cum diabolo, vos fugistis cum soldo galearum et venitis huc, ego acusabo vos domino comiti".

Andreas de Volçi examinatus ut supra suo sacramento dixit sicut dictus Paulus. Interrogatus si vidit quod filius Barbi extraheret cultellum, respondit quod non et non vidit cultellum nisi quando Paulus ostendit illum cultellum. Interrogatus si ipse vel alius posuit manum supra filium Barbi et si aliquis duxit eum in castellum, respondit quod non, sed veniebat retro post eos petendo cultellum suum.

Marinus de Prode de Caçaladia examinatus ut supra suo sacramento dixit quod vidit quando Milgostus sallaciebatur cum dicto Barbio et ibi erant Paulus de Grubexa, Serçius de Çeria et Andreas de Volçi.

Interrogatus si vidit quod filius Barbi faceret rixam cum Serçio et quod extraheret cultellum contra Serçium vel contra alium, respondit quod non. Interrogatus si vidit quod Paulus vel Andreas vel Serçius ducerent filium Barbi in castello et quod aliquis verberaret eum, respondit quod non vidit quod eum aliquis percuteret, sed vidit quod Paulus de Grubexa ducebat filium Barbi per capillos in castellum dicendo: "filie mercetricis venietis in castello".

**Fol. 25'**

Dimitrius de Drincax examinatus super predictis coram domino comite et iuratis iudicibus Petro de Prodanello, Ursacio de Bodaça, Nicola de Gundula et Petro de Pabora, suo sacramento dixit quod Martulus filius Barbi Çoti dixit ei: "ego volo ire Gravosiam ad navem quia nauclerius dixit mihi, associa me per plateam. Et cum irent per plateam vidit quod multe persone erant in platea circa Barbi Çotum et faciebant derisiones de eo et ibi erant Serçius, Andreas de Volçi et Paulus de Grubexa et Martulus dixit Serçio: "vos non facitis bene quia facitis derisiones de illo paupere homine patre meo", et Paulus de Grubexa posuit manum subtus guarnaçonem dicto Martulo et abstulit ei cultellum et dixit dicto Martulo: "vos habetis cultellum" et ita loquimini contra illum nobilem virum et accepit dictum Martulum per pannos et violenter dux-

it eum in castellum dicendo: "vos venietis ad dominum comitem". Interrogatus quis tenebat et ducebat dictum Martulum, respondit quod Paulus tenebat eum et Serçius et aliquando spengebat eum cum manibus.

Interrogatus si quis verberavit et percussit dictum Martulum, respondit quod non vidit quod aliquis eum percuteret. Interrogatus si vidit quod dictus Martulus extraheret cultellum contra Serçium vel aliquem alium, respondit quod non et non vidit cultellum nisi quando Paulus tenebat cultellum in manu. Et dicit iste Dimitrius quod ipse veniebat post istos Serçium, Andream et Paulum usque ad portam castelli rogando quod eum dimitterent, et ad portam castelli dictus Paulus dixit ei: "eatis cum diabolo, vos fugistis cum soldo galearum, ego acusabo vos comiti" et dedit ei unam spetam cum manibus in pectore et iste Dimitrius recessit et non vidit plus aliquid de predictis.

Marinus de Petregna examinatus ut supra suo sacramento dixit quod ibat per plateam cum Margarito de Crusi et vidit in platea multas personas circa Barbi Çotum et ludebat de eo et vidit quod Paulus de Grubexa tenebat in manu unum cultellum et ducebat versus castellum filium Barbi Çoti. Interrogatus si aliquis alius ducebat dictum Martulum, respondit quod non vidit quod aliquis duceret eum nisi Paulus. Interrogatus si vidit quod dictus Martulus extraheret cultellum, respondit quod non vidit quod haberet cultellum, nec quod extraheret cultellum. Nicoliça de Martinussio examinatus ut supra suo sacramento dixit quod ipse erat in platea et vidit multas personas simul et vidit ibi quod Paulus de Grubexa tenebat unum cultellum in manu et dicebat: "iste Martulus voluit ferire Serçium sine culpa", et tenebat manum ad gulam dicto Martulo et ducebat eum per forcium in castellum, dicendo: "vos venietis ad dominum comitem", et posuit dictum Martulum in castello. Et postquam dictus Martulus fuit in castello Priasne de Ranina venit et dixit illi Martulo: "non exeas de castello nisi dominus comes veniat". Interrogatus si alius ducebat dictum Martulum nisi Paulus, respondit quod ibi erant Andreas de Volç et Serçius de Çeria, sed non vidit quod eum tangerent, sed Serçius faciebant asmançiam eundi contra illum Martulum. Interrogatus si dictus Martulus extrasit cultellum, respondit quod non vidit et omnes persone que erant ibi dicebant quod ipse non extrasit cultellum. Et vidit quod Dimitrius de Drincax venit ad portam castelli et dicebat Paulo: "dimittatis illum iuvenem quid mali fecit". Et tunc Paulus cum manibus dedit unam spentam dicto Dimitrio et dixit ei: "eatis fili unius meretricis, vos fugistis cum soldo galearum et aparetis, et hic ego acusabo vos domino comiti".  
Cassatum.

**Fol. 26.**

51.

26. XII.

*Serçije de Çeria optužuje Martula, sina Barbija Çota da ga je htio ubiti nožem.*

Die XXVI decembris.

Serçius de Çeria coram domino comite denunciat et acusat Martulum filium Barbi Çotti quod in plathea venit manu armata ad occidendum eum cum uno cultello da ferire quem cultellum ibidem abstulit ei Paulus de Grubexa.

Testes Paulus de Grubexa

Andreas de Volçi

Stephanotus de Venetiis.

Barbi Çotus et Martulus filius eius ambo et quilibet eorum in parte et in totum pleçi de presentando ipsum Martulum ad rationem.

Dictus Serçius coram domino comite et suis iudicibus Petro de Prodanello, Ursacio de Bodaça, Nicola de Gundula et Petro de Pabora, suo sacramento dixit quod non vidit quod dictus Martulus haberet nec extraheret cultellum et non vidit cultellum nisi quando Paulus de Grubexa dedit isti Serçio cultellum in manu.

Dictus Martulus examinatus ut supra de veritate dicenda, suo sacramento dixit quod Barbius de Gostissa nauclerius navis illorum de Gundula dixit ei quod iret

Gravossium ad navim et iste Martulus volens ire Gravosium accepit cultellum suum et ivit cum Dimitrio de Drincax ad bibendum. et cum vellet ire Gravosium, vidit quod Serçius de Çeria cum Paulo de Grubexa et Andrea de Volçi faciebat derisione de Barbio patre suo, et ipse Martulus dixit Serçio: "vos non bene facitis quia facitis derisiones de illo paupere homine patre meo". Et Serçius dixit "non facio". Et tunc Paulus de Grubexa posuit manum subtus pannos dicto Martulo et extrasit ei cultellum de subtus et ipsi Paulus, Andreas et Serçius verberaverunt ipsum Martulum et laceraverunt ei infulam et capucium et verberando duxerunt eum violenter in castellum. Cassatum.

Paulus de Grubexa, Andreas de Volçi, Serçius de Çeria iuraverunt mandata domini comitis, et dominus comes precepit eis et cuilibet eorum quod verbo vel facto non faciant nec fieri faciant rixam vel rumorem cum dicto Martulo vel patre eius in pena de perperis XXV pro quolibet et qualibet vico.

Paulus perperos X, item perperos VI, Serçi perperos VI fuerunt condempnati.

**Fol. 26'**

52.

26. XII.

*Petar, sin Loure de Savini tuži Vitu, sina Ilije de Chmes i Junija, sina Pabore, jer su mu htjeli skinuti šešir, poderali mu odjeću, a Junije ga je i ugrizao.*

Die XXVI<sup>o</sup> decembris.

Petrus filius Laurencii de Savina coram domino comite conqueritur supra Vitam filium Elye de Chmes et Iunium filium Pabore quod heri sero circa campanam de Ave Maria volebant ei per forcium auferre capellum et laceraverunt ei infulam et taliarum et filius Pabore predictus momordit eum cum dentibus in manu dextra.

Testes non habent.

**Fol. 27**

53.

27. XII.

*Loure, sin Radomile tuži Paskvu, sina Savina Pucića da ga je istukao i poderao mu odjeću u mesnici.*

Die XXVII decembris.

Laure filius Radomile coram domino comite suo sacramento denunciatur et acusat Pasquam filium Savini de Poča quod eum verberavit et laceravit sibi pannos in becharia.

Testes Nicola de Menç

Marcus de Menç

Lampre filius Petri de Menç

Dictus Pasqua examinatus super predictis coram domino comite et suis iudicibus Nicola de Sorco, Ursacio de Bodača, Petro de Prodanello et Nicola de Gundula, ad excusam suam suo sacramento dixit quod ipse posuerat suum signum super una banca in becharia et dictus Laure posuerat suum signum et dictus Laure proiecit signum Pasque et tunc Pasqua proiecit suum et tunc Laure menavit de pugno contra Pasquam et percussit eum in manu et tunc Pasqua cum manu percussit dictum Laure.

Nicola de Menç examinatus super predictis coram domino comite et iuratis iudicibus Petro de Prodanello et Ursacio de Bodača, suo sacramento dixit quod ipse erat cum Marco de Menç prope bechariam et vidit quod dictus Pasqua contendebat cum dicto Laure et iste Nicola et Marcus voluerunt tenere dictum Pasquam quod non iret contra dictum Laure et non potuerunt et tunc dictus Pasqua cum manibus percussit dictum Laure et eum decapilavit.

Marcus filius condam Nicole de Menç examinatus ut supra suo sacramento dixit sicut dictus Nicola. Petrus de Menç examinatus super predictis coram domino comite

et suis iudicibus Nicola de Sorco, Petro de Prodanello, Ursacio de Bodaça et Nicola de Gundula suo sacramento dixit quod ipse vidit quod dictus Laure contendebat cum dicto Pasqua de una banca de becaria super qua banca erat unum signum de cordis et super illis cordis erat una sclavina dicti Pasque et unus proiebat signum alterius de banca illa et tunc Pasqua accepit dictum Laure per capillo et eum percuciebat cum manibus. Interrogatus si vidit quod dictus Laure percuteret dictum Pasquam vel menaret contra eum de manibus, respondit quod non.

Lampre filius Petri de Menç predicti examinatus ut supra suo sacramento dixit sicut dictus Petrus.

Pasqua fuit condempnatus perperos VI.

**Fol. 27'**

54.

31. XII.

*Nikola, sin pokojnog Lovre Menčetića, u tme [ime Markuksovog de Schimosiça tuži Vita Drugovog, Lovra de Çunella, Petra Nikole kožuhara i njihove drugove da su u Rudniku progonili spomenutog [imu s mačevima, sabljama i kopljima, želeći ga ubiti.*

Die ultimo decembris.

Nicola filius condam Laurencii de Menç pro Syme de Marcux de Schimosiça coram domino comite conqueritur supra Vitam de Drugo et Laure de Çunella et Petrum Nicole çuperii et socios eorum et pueros eorum quod armata manu dictum Syme assalierunt usque ad domum eius cum gladiis et spatibus et scutibus volentes eum sffaçare et interficere in Rudinico.

Testes Rossinus de Babalio

Gervasius de Buçignolo

Damianus de Lelio

Todorus de Rachita

Nicola filius Petri de Çeria

Gervasius de Buçignolo examinatus super predictis coram domino comite et suis iudicibus Nicola de Sorco, Ursacio de Budaça et Nicola de Gundula, suo sacramento dixit quod ipse stabat in Rudinico cum dicto Syme in domo et cum exissent de domo invenerunt prope domum, vidit Laure de Çunella, Vita de Drugo et Petrus filius Nicole çuperii et dixerunt dicto Syme quod solveret avaream et ipse dicebat: "ego non solvam, si habeo aliquid vobis dare petatis mihi ad rationem, vel Ragusio vel ubi vultis", et tunc dixerunt: "nos accipiemus per forcium", et dictus Syme intravit domum et post eum intravit dictus Laure, et tunc Syme accepit dictum Laure per capillos et proiecit eum in terram et alii voluerunt intrare ad adiuvandum dictum Lauro, frater dicti Syme non permisit intrare aliquem et tunc Vita de Drugo et Petrus filius Nicole çuperii venerunt ad portam dicti Syme cum cultellis tractis et percuciebat cum cultello in portam. Et postea tunc vidit quod Laure nepos dicti Laure et Petrus bastardus Luce Cacax cucurerant cum spatibus et clipeis ad adiuvandum dictum Laure et notarius Teutonicorum abstulit eis ipsa arma. Interrogatus si aliquis percussit dictum Syme, respondit quod quando Laure de Çunella per forcium intravit domum dicti Syme, et dictus Syme proiecit eum in terram, ipse Laure tunc percussit cum manibus dictum Lauro et extrasit cultellum contra eum. Interrogatus de presentibus, respondit filius Petri de Çeria et alii plures de quibus non recordatur.

Nicola filius Petri de Çeria examinatus ut supra suo sacramento dixit sicut dictus Gervasius et tamen plus quod vidit quod Domagna filius Mathei Tonino venit cum unia (?) et spata et Milten venit cum cultello non tractis, cum predictis pueris.

**Fol. 28**

Kalendae januarii M<sup>o</sup>CCCXIII<sup>o</sup>, indictione undecima.

55.

2. I. 1313.

*Krana Getaldov de Lusti tuži bludnicu Guerçiu jer mu je ukrala stvari iz dućana i ugrizla ga.*

Die secundo ianuarii.

Crana de Getaldo de Lusti coram domino comite suo sacramento denunciatur et acusat Guerçiam meretricem quod cum ipsa Guerçia portasset domum tarallos suos quos abstulit per forcium de statione eius et ipsa Crana ivisset ad domum dicte Guerçie ad petendum tarallos, ipsa Guerçia percussit eam cum manibus et momordit eam cum dentibus in manu ita quod sanguis exivit.

Testes Tripon fererius

Petrus buteglerius

Ivan capeller

Non creduntur.

Die tercio ianuarii.

Petrus prece comunis de mandato domini comitis publice clamavit in locis solitis quod dicta Guerçia infra tres dies proximos compareat ad faciendam defensionem suam de predictis, alias sit contumax secundum formam statuti.

Comparuit.

Palma de Lençe est pleç pro dicta Guerçia de presentando eam domino comiti ad rationem. Et Milla mater dicte Guerçie promisit conservare dictum Palmam indemnem de dicta pleçaria. Et dicta Guerçia similiter quelibet in partem et in totum. Renunciat omnibus legibus consuetudinibus et.c

Cassatum.

56.

8. I.

*Ursacije Crijević oglobljen je s 500 perpera, jer je odbio ići u poslanstvo u Zadar.*

Die VIII<sup>o</sup> ianuarii.

Ursacius de Çereva fuit condempnatus perperos D quia refutavit ire ambaxato Jadram secundum reformationem factam in Maiori consilio de electione dicte ambaxate. Et eadem die dominus comes precepit dicto Ursacio quod infra tres dies proximos ipse solvat comuni dictos perperos D in pena de grosso I pro quolibet perpero.

Cassatum.

**Fol. 28'**, prazno - vacuum

**Fol. 29**

57.

2. I.

*Postolar Boselo iz Splita tuži Nikolu, sina Ivana Deodati da mu je prijeto nožem i vrijeđao ga.*

Die secundo ianuarii.

Bosellus de Spaletto calegerius coram domino comite suo sacramento denunciatur et acusat Nicolam filium Johanni Deodati quod prope stationem Çivoe calegerii assalivit eum et dixit ei: "vilane, serve, fili meretricis, si ego incidere tibi nasum quid posses tu facere mihi, ego percuciam te cum cultello et incidam tibi nasum".

Testes Elias de Sorco

Blasius de Scoçilica

Milco calegerius

Tollen gener de Vidox

Non fuit probatum per dictos testes.

Cassatum.

Eadem die.

Dictus Nicola iuravit mandata domini comitis et ipse dominus comes precepit ei quod verbo vel facto non faciat nec fieri faciat rixam vel rumorem cum dicto Bossello in pena de perperis XXV pro qualibet vice.

58.

18. I.

*Radosta, ključar gradskih vratiju, priznaje da je zbog mita dopustio jednoj Slavenki da odnese vreću žita.*

Die XVIII januarii.

Radosta portierus coram domino comite fuit confessus quod una Sclava dedit ei follarios II et ipse dimisit eam portare unum sacum de blava sine bulla. Radosta portierus fuit condemnatus perperos III et fuit privatus officio portulatus.

Cassatum.

**Fol. 29'**

59.

15. I.

*Bratohena, vrtlar samostana sv. Klare optužuje Donatela iz Venecije da je nasilno ušao u vrt, pogazio biljke i bacao kamenje na njega.*

Die XV januarii.

Bratochena ortolanus pulcellarum coram domino comite suo sacramento denunciavit et acusat Donatellum de Venetiis quod per forcium intravit in ortum et vastavit de herbis et proiecit lapides contra eum.

Testes Alegretus de Caboga

Foie becherius

Alegretus de Caboga examinatus super predictis coram domino comite et suis iudicibus Nicola de Sorco, Ursacio de Bodaça, Petro de Prodanello et Petro de Pabora suo sacramento dixit quod dictus Donatellus et alii ballistabant ad Bersalium ad Pille et una balçinella ivit in ortum pulcellarum et Donatellus proiecit se de assidibus Bersalii in terram. Interrogatus si vidit quod dictus Donatellus proiceret lapides contra dictum Bratochenam et si eum percussit et si ei fecit aliquam iniuriam, respondit quod non. Interrogatus si vidit quod dictus Bratochena percuteret dictum Donatellum vel faceret ei aliquam iniuriam, respondit quod non. Foie becherius examinatus ut supra suo sacramento dixit quod de predictis nichil scit.

Cassatum.

60.

21. I.

*Mesar Klape i Perve de Casalç su oglobljeni, jer su se svađali i čupali.*

Die XXI ianuarii.

Clappe becherius condemnatus fuit perperos III quia fecit rixam et se decapillavit cum Perve de Casalço. Perue de Casalço condemnata fuit perperos III quia fecit rixam et se decapillavit cum Clappe becherio.

Boiechona de Breno de li Coppi pleç et proprius pagator pro dicta Perve de perperis III usque ad festum Pasce Resurrectionis Domini proximum.

**Fol. 30,** prazno - vacuum

**Fol. 31'**

61.

21. I.

*Dabinja Dobročinić i Dobroslav Konatić sa šipana tuže Nalješka Jurkovog s Lopuda da ih je obojicu udario kamenom po glavi.*

Die XXI ianuarii.

Dabigna Dobrochinich, Dobrosclavus Conatich de Iupana coram domino comite suo sacramento denunciante et acusante Nalescum de Iurcho de Delafota quod prope domum Marini de Petregna percussit ipsum Dobrosclavum de uno lapide in capite et non exivit sanguis, et dictum Dabignam in facie cum uno lapide ita quod sanguis exivit. Testes Radosta Grupsich

Matheus de Designa

Nalesco de Martulo Nalescus de Iurcho predictus examinatus super predictis coram domino Marco socio domini comitis et iuratis iudicibus Nicola de Sorco et Petro de Pabora suo sacramento ad sui defensionem dixit quod predictos non percussit nec scit aliquid de predictis.

Matheus de Designa examinatus super predictis coram domino Marco socio domini comitis et iuratis iudicibus Nicola de Sorco et Petro de Pabora suo sacramento dixit quod ipse fuit in taberna et venit ad pontem et audivit homines clamantes et dicentes quod Nalescus verberabat marinarios suos sed non fuit ubi predicti fuerunt percussi nec vidit quis eos percussit.

Stephanus Dobrosclavich de Iupana examinatus ut supra suo sacramento dixit sicut dictus Matheus, et tantum plus quod vidit dictum Nalescum stantem supra popam barce sue et proicientem lapides sed non vidit si percussit aliquem predictorum quia erat sero.

Cassatum.

Milten frater dicti Naleschi pleç et proprius pagator pro dicto Nalesco de toto eo quod condempnabitur pro dicta acusa, ita quod comune habeat regressum super ambos et quolibet eorum in parte et in totum. Et dictus Nalescus promisit et se obligavit conservare dictum Miltenum indempnem de dicta pleçaria. Nalescus condempnatus perperos VI.

**Fol. 31**

62.

25. I.

*Junije Matije Menčetića prijavljuje da mu je iz kuće ukradeno 5 bačvica voska i još sirovog voska.*

Die XXV ianuarii.

Iunius Mathie de Menç coram domino comite conqueritur quod de domo eius furtive fuerunt ei accepti baroloti V de cera et de alia cera cruda et duo ex eis inventi fuerunt ad pesum nomine Marci Syrani.

Et dominus comes volens inquirere de dicto furtu invenit in hunc modum.

Die XXV ianuarii.

Marcus Syranus de Venetiis examinatus super predictis coram domino comite et iuratis iudicibus Ursacio de Bodaça, Nicola de Gundula et Petro de Pabora suo sacramento dixit quod Fuscus de Giaugne vendidit ei ante quam Scoçius iret modo in isto viagio Venetias, duos barolotos de cera et secundum quod recordatur unum saccum de cera cruda ad rationem de perperis XIII pro centenario cere de dictis barolatis. Item vendidit ei modo istis diebus idem Fuscus duos alios barolotos ad dictam rationem. Et dicit quod dictus Fuscus dicebat quod fratres sui miserunt ei dictam ceram ut eam venderet occulte quia erant debitores multis personis.

Interrogatus si solvit dicto Fusco precium dicte cere, respondit quod de prima cera solvit ei, sed de ultimis duobus panibus non solvit ei nisi grossos XX. Interrogatus

quis portavit ei dictam ceram, respondit quod unus bastasius, quem bastasium ipse Marcus presentavit domino comiti et dictis iudicibus.

Radoanus bastasius examinatus ut supra suo sacramento dixit quod iam est unus mensis vel circa quod dictus Fuscus per eundem Radoanum misit ad domum Marci Syrani tres barolotos sive duos barolotos de cera et unum sacum in una die in hora prandii. Interrogatus ubi erat dicta cera quando eam accepit ad portandum, respondit quod in stragno domus in qua stat mater dicti Fusci prope domum Petri de Çeria et erant in bottis sfondatis. Interrogatus in quo portavit dictos barolotos, respondit quod in saccis et eosdem saccos reportavit ad domum dicti Fusci. Item dicit dictus Radoanus quod dictus Fuscus a tribus diebus citra misit per eundem Radoanum ad domum dicti Marci Syrani duos alios barolotos de cera. Interrogatus ubi accepit dictos barolotos de cera, respondit quod in predicto stragno et unus ipsorum barlotorum erat in una botta sfondata et alias in alia botta. Interrogatus si aliquis erant tunc ibi, respondit quod non nisi dictus Fuscus. Interrogatus qua hora ipse Fuscus per eum misit istos barlotos, respondit quod hora prandii. Et dicit iste Radoanus quod Fuscus dicebat ei quod portaret dictos barolotos in suo sacco proprio.

### **Fol. 31'**

Eadem die.

Petrus preco comunis de mandato domini comitis et dictorum iudicum publice clamavit in locis solitis quod Fuscus filius Laurencii de Symeone fuerat denunciatus et accusatus quod de domo filiorum Mathie de Menç furtive acceperat saccos III de çera et unum saccum de çera cruda qui fuerunt extimati perperos CXXV, quod infra tres dies comparere deberet ad excusandum se de predictis vel esset contumax secundum formam statuti.

Die XXVI ianuarii.

Predictus Fuscus presentatus fuit domino comiti per Martulum de Scarito comitem Breni Eadem die.

Dictus Fuscus in presencia domini comitis depositus de tormento sua spontanea voluntate dixit et fuit confessus quod ante Nativitatem Domini proxime preteritam ipse intravit de nocte domum filiorum Mathie de Menç per portam illam ubi est stalla equorum et cum una scala ipse intravit magaçenum illius domus de nocte et inde furtive accepit duos panes de çera sive duos barolotos et unum sacum de çera cruda. Et dictos duos panes de çera vendidit Marco Syrano ad rationem de perperis XIII pro centenariis, et dictum sacum pro perperis XVI. Et dixit et fuit confessus quod a dicto Marco receperat pro dictis duobus panibus perperis XLII et pro dicto sacco de çera perperis XVI.

Item dixit et fuit confessus dictus Fuscus quod postquam venit nuper de Cataro per supradictum modum intravit dictam domum et dictum magaçenum et quod inde furtive accepit duos alios panes de çera quos vendidit dicto Marco ad rationem de perperis XIII pro centenariis, sed pro ipsis duobus ulterius panibus non recepit a dicto Marco nisi brachia VI de sentelaesio quem vendebat sibi ad rationem de grossis III pro quolibet brachio.

Interrogatus quis erat secum ad accipiendum dictam çeram, respondit quod nullus erat cum eo et quod ipse solus accipiebat dictam çeram ad panem ad panem, cum uno canipello callabat eam per balchionem et ipse solus in media nocte portabat eam domum ad panem ad panem, et quod totam dictam çeram accepit in tribus noctibus.

Interrogatus

### **Fol. 32**

fuit si Marcus Syranus scivit quando et per quem modum ipse habebat dictam çeram, respondit quod non nec dixisset alicui persone de mundo quando eam habuerat.

Interrogatus quid fecit de denariis quos habuit de dicta çera, respondit quod eos expendidit in Ragusio et quando ivit Catarum et quod de eis lusit in Vergato et alibi



ad taxillos. Interrogatus si furtive accepit in Ragusio de aliqua statione vel domo aliquas res, respondit quod numquam accepit aliquid nisi dictam çeram.

Omnia et singula supradicta dictus Fuscus fuit confessus sua spontanea voluntate et in dicta confessione perseveravit.

Eadem die.

Dictus Fuscus coram domino comite et suis iudicibus Ursacio de Bodaça, Nicola de Gundula et Petro de Pabora sua spontanea voluntate sine aliquo tormento omnia et singula supradicta coram eo lecta confessus fuit et suo sacramento firmavit ita esse vera ut superius scriptum est et in dicta confessione perseveravit.

Iunius de Menç habuit et recepit dictos duos panes de çera qui inventi fuerunt ad pesum per manum Marci Syrani. Item habuit a dicto Marco perperos IIII pro valore prime çere, quia tunc plus valebat quando Marcus predictus eam emit.

Item habuit dictus Iunius perperos X pro uno equo qui fuit dicti Fusci.

Dicta çera accepta per dictum Fuscum extimata fuit perperos C. Et per dominum comitem et suos iudices Petrum de Prodanello, Ursacium de Bodaça, Nicolam de Gundula et Petrum de Pabora fuit condempnatus dictus Fuscus pro uno quatuor ita quod compleat illis de Menç valorem de perperis C et solvat comuni pro banno perperis CCC secundum formam statuti.

Dictus Fuscus fugit de carcere et de forcia domini comitis.

**Fol. 32'**

Kalendae februarii MoCCCXIII<sup>o</sup>, indictione XI<sup>a</sup>.

63.

3. II. 1313.

*Bogdan, momak Bonifacijev tuži nosače Predihenu i Ozrena da su mu noću u crkvi sv. Marije skinuli šešir i istukli ga.*

Die tercio decembris (sic !).

Bocdanus puer Bonefacii coram domino comite conqueritur supra Predichenam et Osrenum bastasios quod in nocte in ecclesia Sancte Marie abstulerunt ei capellum per forcium et eum verberaverunt.

Laurencius de Menç, capitaneus guardie examinatus super predictis coram domino Marco socio domini comitis et iudicibus Petro de Prodanello et Ursacio de Bodaça suo sacramento dixit quod ibat cum aliquibus de guardia in nocte per ecclesiam Maiorem custodiendo et audivit rumorem in ecclesia et ivit et vidit quod dictus Osren verberabat dictum Bocdanum et ipse Laurencius de Menç extrasit eum de manibus dicti Osreni. Interrogatus si dictus Bocdanus faciebat dicto Osrenno iniuriam, dicit quod non quod ipse viderit.

Cassatum.

Savinus nepos Ursacii de Çereva pleç et proprius pagator pro dicto Osreno ad solvendum perperos III ad festum Pasce Resurrectionis Domini proximum et perperos II ad Kalendas augusti proximas. Et dictus Osrenus promittit et se obligat laborare ad çeram dicto Savino usque quod solverit dictos denarios ipsi Savino. Et si non laboraret, quod ipse Savinus cum signoria et sine possit ipsum Osrenum detinere ad suum velle. Renunciat omnibus legibus etc.

Dictus Osrencus fuit condempnatus perperos VI.

**Fol. 33**

64.

6. II. 1313.

*Kovač Radin žali se da su njegov brata Krešinju, čovjeka Ursacija Crjevića, u župi napala tri nepoznata čovjeka, koji su ga udarili kamenom u glavu i oteli mu ogrtač, kapu, cipele i novac.*

Die VI<sup>o</sup> februarii.

Radin faber pro fratre suo Cresigna homo Ursacii de Çereva coram domino conqueritur quod sabato proxime preterito cum iret domum in Breno tres homines quos

non cognoscit assalierunt eum et prope puteum in Dobec eum percusserunt in capite cum lapide in duabus locis ita quod sanguis exivit et per eum spoliaverunt et per fortium ei abstulerunt gonellam et çappam et subtelaes et grossos V et medium in denariis.

**Fol. 33'**

65.

9. II.

*Martin Trešnjic tuži Bale Mernića da mu je dao pljusku.*

Die VIII februarii.

Martinus Tresnich coram domino comite conqueritur super Balle Mernich quod ad stationem Johannis pelliçarii dedit ei unam goltatam.

Testes Johannes pelliçerius

Careç Michnich

Johannes pelliçarius examinatus super predictis coram domino comite et suis iudicibus Petro de Prodanello et Nicola de Gundula suo sacramento dixit quod vidit dictos Martinum et Balle rixantes simul et unus impegit alium. Interrogatus quis incepit, respondit quod dictus Balle. Careç Michanich examinatus ut supra suo sacramento dixit quod vidit dictum Balle ponentem manum ad gulam dicto Martino et percipientem dictum Martinum cum pede. Nicola de Tripo de Çorçi examinatus ut supra suo sacramento dixit quod vidit dictos Martinum et Balle impengentes unum alium cum manibus sed nescit quis incepit.

Cassatum.

Balle fuit condempnatus perperos VI. Clime de Sorento pleç pro dicto Balle de perperis III, Nicola de Papeç, Petrus de Garbis pleç pro dicto Balle de perperis III, solvendo perperos III ad festum Sancti Petri et alias ad festum Sancti Blasii proximum. Dragox de Lale Mergnich, Dimitrius filius de Çilla, Laçarus de Purchia, Balle de Mergnich promittunt et se et sua bona obligant conservare predictos Clime et (Petrum et Nicolam - cassatum) indempnes de dicta pleçaria, quilibet eorum in partem et in totum, renunciando omnibus legibus, consuetudinibus et statutis Ragusii et Sclavorum quibus possent se defendere a predicta conservatione. Et ipse Balle et Boroe Drusinovich promittit conservare Nicolam et Petrum indempnes de ista pleçaria cum istis condicionibus.

**Fol. 34**

66.

15. II.

*Paskva Sorkočević prijavljuje Klimu de Sorento da je u mesnici upotrebljavao krive mjere.*

Die XV februarii.

Pasqua de Sorco iusticiarius ex officio suo coram domino comite dixit et denunciavit Clime de Sorento quod Iunius de Çeria eidem Pasque dedit in becharia tres pesas, unam de V librarum et aliam de duobus et aliam de media, dicendo quod erant false. Et cum ipse Pasqua eas pesaret ad stationem Rossini et invenisset illam de V et illam de duabus librarum falsas, venit dictus Clime et per forcium abstulit ei dictas pesas et non permisit ipsum eas portare ad segnoriam.

Testes Marinus Çuçolus

Iunius de Çeria

Marinus de Mauressa examinatus super predictis coram domino Marco socio domini comitis et iuratis iudicibus Petro de Prodanello et Ursacio de Bodaça suo sacramento dixit quod ipse vidit quod dictus Pasqua et Iunius de Çeria pesabant ad stationem Rossini de Saraca tres pesas et invenit unam pesam de librarum V minus unam unçiam, et pesam de duabus librarum invenit minus unam unçiam. Et tunc venit

Clime de Sorento et accepit dictas pesas et portavit eas. Interrogatus si eas accepit dictus Clime per forcium, respondit quod nescit utrum per forcium vel aliter.

Iunius de Čeria examinatus ut supra suo sacramento dixit quod verum est quod ipse accepit dictas pesas ad bancum unius becharii cuius nomen nescit nec recordatur quis sit. Et cum Pasqua de Sorco pesaret dictas pesas predictas et invenisset pesam de V librarum et illam de duabus non iustas, venit dictus Clime et abstulit dictas pesas predicto Pasque ad stationem Rossini de Saraca et eas portavit contra voluntatem dicti Pasque.  
Cassatum.

**Fol. 34'**

67.

15. II.

*Marin iz Šibenika tuži Sergija de Avinante da ga je vriedao na trgu.*

Die XV februarii.

Marinus de Sibinico coram domino comite conqueritur supra Serçium de Avinante quod dixit ei iniurias in platea vocando eum ravaiosum et quod C homines dormierant cum uxore eius.

Testes Marinus de Boteleno marango

Frayne filius Mathei de Bodaça

Lone de Livaça

Marinçe puer Nale de Sorento

Matheus de Nurascla

Marinus de Rebro

Et dominus comes precepit dictis Marino et Serçio in pena de perperis X quod verba vel facto non faciant rixam simul.

Lone de Livaça examinatus super predictis coram domino Marco socio domini comitis et iuratis iudicibus Petro de Prodanello et Ursacio de Bodaça suo sacramento dixit quod audivit quod dictus Serçius dixit dicto Marino: "quare me absente pesastis cum pesis meis, et iam credis quod pese mee false sunt, vilissime ravaiose te sciente". Et nihil aliud audivit nec scit de predictis.

Marinus de Boteleno examinatus ut supra suo sacramento dixit sicut dictus Lone.

68.

24. II.

*Rosin de Gaisclavo tuži Sergija de Avinante da mu je bacio stol i meso na zemlju i izgazio ga nogama.*

Die XXIII februarii.

Rossinus de Gaisclavo coram domino comite conqueritur supra Serçium de Avinante quod proiecit in terram discum et carnes ipsius Rossini in plathea et conculcavit eas cum pedibus.

Ivançe de Sorgoç examinatus super predictis coram domino comite et iuratis iudicibus Petro de Prodanello et Ursacio de Bodaça suo sacramento dixit quod ipse erat in plathea et Rossinus predictus iverat ad portum et vidit quod dictus Serçius proiecit in terram discum et carnes dicti Rossini.

**Fol. 35**

69.

18. II.

*Junije, sin Pabore tuži Jakova, sina Ivana Deodati i Ivana, nećaka svećenika Klementa de Ganguli da su mu slomili koplje i istukli ga.*

Die XVIII februarii.

Iunius filius Pabore coram domino comite conqueritur supra Jacobum filium Johanni Deodati et Johannem nepotem presbiteri Clementis de Ganguli quod ei fregerunt unum dardum et eum verberaverunt.

Testes Frayne filius Rusce becherii

Vlaco filius Iuboe fererii

Sissa Radosclavus

Vlaco filius Iuboe fererii examinatus super predictis coram domino Marco socio domini comitis et iuratis iudicibus Petro de Prodanello et Ursacio de Bodaça suo sacramento dixit quod vidit quod dictus Iunius proiciebat unum lançonem et filius Iohanni Deodati fregit ei lançonem, sed non vidit quod aliquis verberaret vel tangeret dictum Iunium.

Frayne de Rusce examinatus ut supra suo sacramento dixit sicut dictus Vlaco.

Cassatum.

Iudicatum.

**Fol. 35'**

70.

22. II.

*Postolar Bratoslav tuži Jurka Blaka da ga je udario kamenom po glavi.*

Die XXII februarii.

Bratosclavus calegerius coram domino comite conqueritur supra Iurçi Blacum quod ad ecclesiam Sancti Luce percussit cum uno lapide in capite ita quod sanguis exivit.

Dobre filius Elie de Sorco examinatus super predictis coram domino comite et suis iudicibus Ursacio de Bodaça et Petro de Pabora suo sacramento dixit quod ipse erat ad Sanctum Lucam ad emendum herbam et vidit ibi rumorem et dictus Iurçi venit cum uno lapide et percussit dictum Bratosclavum in capite ita quod sanguis exivit.

Interrogatus si dictus Bratosclavus fecit vel dixit aliquam iniuriam dicto Iurçio, respondit quod non. Obradus calegerius examinatus ut supra suo sacramento dixit quod vidit rumorem ad Sanctum Lucam et dictus Iurçius faciebat rumorem cum illis qui vendebant herbam et cum dictus Bratosclavus ameçaret eos, dictus Iurçius dedit ei de uno lapide in capite. Interrogatus si B(ratosclavus) fecit aliquam iniuriam dicto Iurçio, respondit quod non.

Cassatum.

Dictus Iurçius fuit condemnatus perperos XII.

**Fol. 36**

71.

24. II.

*Milko Ratiković tuži Zana, sina Marina de Gangulo i Nikolu de Vitagna da su mu oteli tri krzna i istukli ga.*

Die XXIII februarii.

Milco Raticovich coram domino comite conqueritur supra Çanne filium Marini de Gangulo et Nicolam de Vitagna quod apud Sanctum Matheum de Breno in Obeç ei abstulerunt per forcium tres pelles et unum decoltum de lana et eum verberaverunt.

Damianus Opracha examinatus super predictis coram domino comite et suis iudicibus Nicola de Sorco et Ursacio de Bodaça suo sacramento dixit quod ipse erat in dicto loco cum dicto Milco et venerunt dicti Çanne et Nicola et dixerunt dicto Milco: "tu ivisti ante nos ad emendum mercationes", et abstulerunt ei per forcium tres pelles et aliquantum de lana et amba posuerunt manus in eum et eum verberabant et dictus Çanne de spontone cum vagina percussit dictum Milcum et ipse Damianus

reprehendit eos et defendit dictum Milcum. Interrogatus si dictus Milco faciebat eis aliquam iniuriam, respondit quod non.

Cassatum.

Quilibet perperos VI et grossos IIII et medium.

**Fol. 36'**

72.

25.II.

*Ivan Dobrohoneyić tuži Dobromira Radonića, njegovu brata Milena i Bratovana Ivanovića iz Mišićevca da su motikama izudarali njegovu oca Jubena.*

Die XXV februarii.

Ivan pro patro suo Iubeno Dobrochoneyich coram domino comite conqueritur supra Doromirum Radoanich, Millenum fratrem suum, Bratoanum Ivanovich obnibus de Mischeveç in Breno quod Bratoanus predictus proiecit Iubenum patrem suum in terram et dicti Dobromirus et Millenus cum çapis in flanchis et per totam personam et in capite ita quod sanguis exivit de capite. Et hoc fuit in Breno laborando terram Nale de Sorento.

Testes Bogoe Miloradich

Cranillus Machoxevich

Pervoe Machoxevich

Dicte res extimate fuerunt grossorum II et medium.

Bogoe Miloradich examinatus supra predictis coram domino comite et iuratis iudicibus Nicola de Sorco et Ursacio de Bodaça suo sacramento dixit quod de predictis nichil scit.

Prevoe Maxecovich examinatus ut supra suo sacramento dixit quod ipse laborabat in terris illorum de Barbara die (vacuum) proxime preterito et vidit dictos Dobromirum, Millenum et Bratoanum rixantes cum dicto Iubeno et aliquis eorum iacebat in terra sed nescit quies esset et nescit quis eorum percussit alium. Et statim post dictus Iuben venit sanguinolentus et dicebat quod predicti eum percusserant.

Cranillus Machoxevich examinatus ut supra suo sacramento dixit quod ipse laborabat in terris illorum de Barbara et vidit dictos Dobromirum, Millenum et Bratoanum rixantes cum dicto Iubeno et vidit quod dictus Dobromirus cum çapa percussit dictum Iubenum in capite ita quod sanguis exivit et in flanchis similiter percussit eum cum una çapa et vidit dictum Iubenum percussum in dictis locis et sanguinolentum in capite.

**Fol. 37**

73.

27. II.

*Knez istražuje ranjavanje Miše, sina Andrije de Vicsi i Jakova, sina Radoslava de Matessa.*

Die XXVII<sup>o</sup> februarii.

Cum ad audienciam domini comitis pervenisset quod Misse filius Andree de Vicsi esset vulneratus in spatula et Iacobus filius Radosclavi de Matessa esset vulneratus in cossia, dominus comes volens ex suo regimine et suo officio inquirere de dicto maleficio sic invenit.

Nicola de Benessa examinatus super predictis coram domino comite et iuratis iudicibus Petro de Prodanello, Ursacio de Bodaça et Petro de Pabora suo sacramento dixit quod heri sero circa secundam campanam ipse associabat Iunium de Volcax usque ad domum et invenerunt Ione filium Pabore et alium fratrem eius nomine Matheus et Mische filium Andree de Vicsi et Iacobum filium Radosclavi de Matessa rixantes simul et tenentes se simul et isti Nicola et Iunius diviserunt eos et tunc Ione predictus cum una manu apprehendit dictum Misse per capillos et alius frater eius

dedit dicto Missce cum manu. Interrogatus si vidit quod cum cultello unus percuteret alium, respondit quod non, sed vidit bene quod ille Jacobus erat vulneratus in cossia et sanguis exibat et dicebat quod Ione predictus percusserat eum et Ione erat aliquantum percussus in facie et frater eius in manu. Interrogatus quis eorum incepit, respondit quod nescit. Serçius de Çeria examinatus ut supra suo sacramento dixit sicut dictus Nicola.

Iunius de Volcax examinatus ut supra suo sacramento dixit sicut Nicola nisi in tantum quod vidit Ione tenentem per capillas illum de Mexi et non vidit quod aliquis alius percuteret alium.

Dobre filius Elye de Sorco examinatus ut supra suo sacramento dixit quod heri sero invenit in domo medice Iacobum de Matessa percussum in cossia, Missce de Vicxi percussum in pectore, Ione filium Pabore percussum in facie, Matheum filium Pabore percussum in manu et de omnibus vulneribus exibat sanguis, sed non vidit quis eos percussit et dicit quod rampognabant se simul dicendo unus alteri: "tu percussisti me, immo tu me". Et dicit quod Ione dicebat dicto Missce: "ego inveniam te", et iste Missce rogabat istum Dobre quod eum associaret quia non audebat ire domum et associavit eum. Interrogatus si vidit quod aliquis eorum haberet arma, respondit quod non.

### **Fol. 37'**

Iacobus filius Radosclavi de Matessa iacens in lecto pro dicto vulnere suo sacramento dixit coram domino Marco Gradonico socio domini comitis et me cancellario comunis quod ipse associabat Missce filium Andree de Vicssi circa secundam campanam et cum essent prope domum illorum de Volcax et Ione et Matheus filii Pabore assalierunt dictum Missce et apprehenderunt eum per capillos et iste Iacobus incepit eos partire et Ione predictus cum uno cultello da ferire percussit istum Iacobum in cossia ita quod sanguis exivit. Et cum venirent isti Iacobus et Missce ad domum medice, iterum venit dictum Ione et cum uno cultello da ferire percussit dictum Missce in pectore ita quod sanguis exivit. Interrogatus quis percussit dictum Ione in facie et dictum Matheum in manu, respondit quod nescit quia nec ipse Iacobus nec ipse Missce habebant arma nec cultellum. Interrogatus quis erant presens, respondit quod multis nisi quod Iunius de Volcax et Nicolaus de Benissa supervenerunt ad domum illorum de Volcax.

Missce filius Andree de Vicxi suo sacramento dixit sicut dictus Iacobus.

Gervasius de Stilo, Nale de Sorento, Toma de Dersa, Rossinus de Saraca, Clime de Dersa pleçii pro dictum Iacobum ad solvendum ad medium madium proximum perperos III. Die XXVII<sup>o</sup> februarii.

Petrus preco comunis de mandato domini comitis et dictorum iudicum publice clamavit in locis solitis quod dicti Ione et Matheus infra tres dies proximos debeant comparere ad excusandum se de predictis, alias sint contumaces secundum formam statuti.

Comparuerunt ante terminum.

Marinus de Viciano, Grupsa calegerius pleç pro dicto Misce de Vicxi de perperis III et grossis III ad medium mensem madii.

Et Breta uxor condam Andree de Vicxi promisit conservare eos indempnes de dicta pleçaria.

Misce condempnatus perperos III et grossos XV pro iudicio.

Ione perperos VIII et grossos XV pro iudicio.

Matheus perperos VIII. Iacobus perperos III.

Merinçaca medicus comunis coram domino comite suo sacramento firmavit quod dicti Iacobus et Misce liberates erant et extra omne periculum de dictis feritis et ipsos liberatos dabat.

Die XVII martii.

Dominus comes precepit dictis Jacobo et Misce quod verba vel facto per se vel per alium verbo vel facto non faciant nec fieri faciant per se vel per alium rixam vel ru-

morem cum Pabora vel aliquo filiorum suorum in pena de perperis XXV pro quolibet et qualibet vice.

Item precepit Pabore quod per se vel per alium non faciat nec fieri faciat rixam vel rumorem cum dictis Iacobo vel Miso in pena de perperis XXV pro qualibet vice. Simile preceptum factum fuit Ione et Matheo filiis Pabore quod non faciant rixam cum Pabora vel filiis eius in simili pena.

**Fol. 38**

Kalendae marcii M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XIII<sup>o</sup>, indictione XI<sup>a</sup>.

74.

1. III. 1313.

*Ključar Radin tuži Šimu, sina Ursacija Budačića i Lampra, sina Menče Menčetića da su ga izudarali i izvrijeđali kada je zatvarao vrata.*

Die primo marcii.

Radin portorius coram domino comite suo sacramento denunciatur et acusat Syme filium Ursacii de Bodača et Lampre filium Menče de Menče quod cum clauderet portam ipsi spengerunt portam et fecerunt eum cadere et dictus Syme dedit ei unam goltatam et dictus Lampre percussit eum cum uno lapide in spatula, dicentes: "serve villissime quomodo audes claudere nobis portam".

Domagna de Macxi examinatus super predictis coram domino comite et suis iudicibus Nicola de Sorco et Petro de Prodanello suo sacramento dixit quod cum dictus Raden clauderet portam post primam campanam, predicti duo pueri spengerunt portam et ille Radin dixit eis: "quare spengitis portam" et tunc dictus Syme dedit ei unam goltatam et dictus Lampre accepit in manu unum lapidem et ivit post dictum Radinum usque ad stationem Rossini de Saraca et tenendo lapidem in manu percussit dictum Radum cum illo lapide in spatula. Interrogatus si dictus Radin faciebat illis aliquam iniuriam, respondit quod non nisi quod claudere portam.

Cassatum.

Quilibet perperos VI, salva etate filii Ursacii.

**Fol. 38**

75.

7. III.

*Tučnjava između Vreča i Milgosta zbog plaćanja računa za vino.*

Die VII<sup>o</sup> marcii.

Raticho Slavus puer illorum de Cataro coram domino comite et suis iudicibus Petro de Prodanello et Petro de Pabora suo sacramento dixit quod heri Vreč et Milgostus socius eius luserant ad vinum et hodie erat questio inter eos quis deberet solvere et cum iudicatum fuisset inter eos quis deberet solvere, dicti Milgostus et Vreč simul et semel se apprehenderunt per capillos et nescit quis eorum inciperet, et tunc dictus Milgostus fugit de domo et dictus Vreč fecit se ad fenestram et proiecit unum magnum lapidem post dictum Milgostum.

Petrus Čima de Cataro pleč pro dicto Vreč.

**Fol. 39**

76.

9.III.

*Olvin iz Cesene, knežev momak gospodina kneza tuži Franciska iz Mantove, također kneževa momka, da ga je uboo nožem u bubrege.*

Die VIII<sup>o</sup> marcii.

Olvinus de Cesena familiaris domini comitis coram domino comite denunciatur et acusat Franciscum de Mantua familiarem eiusdem domini comitis quod eum decapilavit et cum uno cultello da ferire percussit eum in renibus ita quod sanguis exivit.

Laurencius de Ymola familiaris predicti domini comitis examinatus super predictis coram domino comite et iuratis iudicibus Nicola de Sorco, Nicola de Gundula et Petro de Pabora suo sacramento dixit quod dicti Franciscus et Olvinus luserant simul et pro ludo illo dederant pignora in manibus Georgii et pro illis pignoribus venerunt ad verba simul et ambo simul et semel apprehenderunt se et decapilabant se ad invicem et percuciebant se cum manibus unus alium. Interrogatus quis incepit apprehendere et percutere unus alium, respondit quod nescit quia ambo simul se apprehenderunt una hora et ipse Laurencius spartibat eos. Et postea ille Franciscus intravit cameram et posuit sibi ad corigiam cultellum da ferire. Et cum dictus Olvinus veniret per curiam, dictus Franciscus surrexit et ivit contra dictum Olvinum et iterum apprehendit eum et cum ipse Laurencius spartiret eos, dictus Franciscus evaginavit cultellum da ferire et percussit in renibus dictum Olivium ita quod sanguis exivit. Et tunc dictus Olivius clamavit et dixit: "ego sum percussus". Interrogatus qui erant presentes, respondit quod erant ibi Georgius et Çaninus de Papia familiares dicti domini comitis.

Georgius familiaris domini comitis examinatus ut supra suo sacramento dixit sicut dictus Laurencius, excepto quod non vidit cultellum evaginatum dicto Francisco nec vidit quando Franciscus percussit dictum Olvinum. Et dicit quod quando apprehendit unus alium, dictus Franciscus incepit.

#### **Fol. 39'**

Çaninus de Papia examinatus supra predictis coram domino comite et predictis iudicibus suo sacramento dixit quod non fuit in principio dicte rixe sed quando venit ipse invenit dictum Franciscum sedentem et dicentem: "turpis bastarde fili unius sacerdotis, male fecisti, ego bene pagabo te taliter quod alias non ibis ad conquerendum". Et iste Çaninus dicit quod nesciebat contra quem diceret. Et sic stando dictus Olvinus veniebat per curiam et cum esset prope carcerem dictus Franciscus surrexit et ivit contra eum et apprehenderunt se simul et ipse Çaninus et Laurencius spartibant eos et tunc Franciscus predictus extrasit cultellum da ferire et percussit cum ipso cultello in renibus ita quod sanguis exivit. Interrogatus quis incepit apprehendere unus alium, respondit quod dictus Franciscus. Interrogatus de presentibus, respondit quod Georgius et Laurencius et alii pueri de domo.

Die VIII<sup>o</sup> marcii.

Petrus preco comunis de mandato domini comitis publice clamavit in locis solitis quod dictus Franciscus infra tres dies proximos compareat ad excusandum se de predictis, alias sit contumax secundum formam statuti.

Non comparuit.

Dictus Franciscus fuit condempnatus perperos XXV pro ferita et perperos XII pro contumacia.

#### **Fol. 40**

77.

14. III.

*Pavao de Semila tuži Petrihenu de Povar da mu je dao pljusku i izudarao ga.*

Die XIII<sup>o</sup> marcii.

Paulus de Semila coram domino comite conqueritur supra Petrichenam de Povar quod ei dedit unam goltatam et percussit eum cum manavella in la valena.

Testes Marinus de Sigababa

Dobrixa de Calamota

Vohichena bastasi



**Fol. 40'**

78.

18. III.

*Marin Crijević tuži Marka, sina Nikole Menčetića da ga je udario i rekao mu mnoge uvrede.*

Die XVIII martii.

Marinus de Čereva coram domino comite conqueritur et suo sacramento denunciatur et acusat Marcum filium Nicole de Menč et quod dixit ei multas iniurias et percussit eum cum manibus.

Todorus filius Jacobi de Crusi examinatus super predictis coram domino comite et suis iudicibus Petro de Prodanelo et Petro de Pabora suo sacramento dixit quod ipse vidit quod Marinus de Čereva petebat denarios de imprestito dicto Marco. Et Marcus dicebat: "ego non dabo modo tibi". Et Marinus dixit: "immo dabis ad untam tuam". Et Marcus dedit Marino unam spentam dicendo ei: "vade extra stationem meam". Interrogatus si vidit quod unus faceret vel diceret alteri aliam iniuriam, respondit quod non. Matheus filius Jacobi de Crusi examinatus ut supra suo sacramento dixit quod Marinus de Čereva dicebat: "da mihi denarios de imprestito", et Marcus dicebat: "non habeo modo", et cum Marinus diceret: "ego volo eos", Marcus tetit eum cum manibus et dixit ei: "vade extra stationem". Nichil aliud scit de predictis.

Marcus filius Nicole de Menč coram domino comite et dictis iudicibus ad sui excusam de dicta acusa in eum facta suo sacramento dixit quod Marinus petebat ei denarios et ins(?)istabat et molestabat eum et cum iste Marcus diceret: "non habeo modo denarios", quod Marinus clamabat super eum et dicebat ei ad displicendum et tunc Marcus tangendo pannos Marino dixit ei: "vade extra stationem" et nihil aliud fecit ei.

Marinus et Marcus predicti iuraverunt mandata domini comitis et ipse dominus comes precepit eis et cuilibet eorum quod unus non faciat rixam cum alio verbo vel facto per se vel per alium in penam sacramenti et de perperis L pro quolibet et qualibet vice.

Cassatum.

Marcus perperos VI

Marinus perperos II

**Fol. 41**

79.

29. III.

*Todor Krušić i Gervazije, sin Matije Buconjića žale se da im Ivan, nećak Tolislava ne želi vratiti papar i drugu robu kao što je odredio knez.*

Die XXVIII marcii.

Todorus de Crusi, Gervasius filius Mathie de Bucignolo coram domino comite conqueruntur quod Johannes nepos Tollisclavi noluit ei reddere piper et eorum mercationes, sicut preceptum fuerit per dictum comitem.

Michel de Menč examinatus super predictis coram domino Marco Gradonico socio domini comitis et iuratis iudicibus Nicola de Gundula et Petro de Pabora suo sacramento dixit quod de mense ianuarii proxime preteriti ipse fuit presens in Rudenico ubi Gervasius filius Mathie de Bučignolo dixit Johanni nepoti Tollisclavi: "redde mihi res et mercationes meas quas ego recommendavi tibi", et ille Johannes respondit et dixit: "verum est quod tu recommendasti eas mihi, sed non possum eas tibi reddere quia omnes mercatores qui solverunt avaream vetaverunt eas mihi per signoriam Sclavanescam". Et ibi erant Serčius de Giaugne et Marinus de Chives qui dixerunt ibi: "verum est quod fecimus eas tibi vetare cum tota societate nostra pro facto avarae". Interrogatus de presentibus, respondit quod ibi erant Marinus de Cherpa. Interrogatus si fuerunt assignati testes, respondit quod dictus Gervasius eos assignavit testes. Item dicit quod postea forte per tres dies dictus Gervasius duxit secum dictos

Serçium, Marinum, Mauressam de Camasi, Goste de Gostissa et Laure de Çunella et dixit dicto Johanni: "redde mihi res meas quia non habes unde tenere, et si habuero aliquid dare tibi, ego respondebo coram segnoriam Ragusii vel ubi vultis". Et ille Johannes dixit: "ego non possum eas tibi reddere quia isti et alii de societate intromiserunt eas mihi pro avarea". Et ipse Gervasius dixit omnibus illis: "vos quare vetastis eas mihi?", et illi dixerunt: "nos volumus quod solvas avaream". Et ille Johannes dixit: "non habeo tibi dare aliquid et si habuero ad dandum respondebo tibi ubi debebo".

Interrogatus de presentibus, respondit quod ibi erant Marinus de Cherpa et Syme de Schimosiça. Interrogatus si fuerunt assignati testes, respondit quod sic.

#### **Fol. 41'**

Petrus de Çeria examinatus ut supra suo sacramento dixit quod ipse fuit presens ante Nativitatem Domini proxime preteritam ubi ipse Gervasius dixit dicto Johanni: "ego confidebam de te, et propter timorem regis ego deposui penes te res meas, redde eas mihi". Et dictus Johannes dixit: "verum est quod eas deposuisti mihi et eas habeo, sed non possum eas tibi reddere quia per omnes mercatores qui sunt in avarea sunt mihi intromisse". Et ivit dictus Johannes ad alios mercatores quos ipse dicebat vetasse ei dictas res et consuluit cum eis et postea fuit reversus statim et dixit: "ego non reddam eas tibi, quia alii socii volunt quod tu solvas partem tuam de avarea". Et sic stando venit Mauressa de Camasi cum baculo iudicis regis et dixit dicto Johanni: "vide, de precepto segnorie regis, ego nomine meo et omnium sociorum avaree veto tibi res istius Gervasii quia habes". Et dictus Johannes noluit reddere dictas res, dicendo: "ego respondebo tibi ubi debebo". Interrogatus de presentibus, respondit quod multi Ragusei erant presentes sed non recordatur de eis. Interrogatus si fuit testis assignatus, respondit quod sic. Item dicit quod postea circa carnisprivum erant simul Marinus de Chives, Mauressa de Camasi, Laure de Çunella, Goste de Gostissa, Sergius de Giaugne et multi alii mercatores cum ipso Johanne. Et dictus Gervasius dixit dicto Johanni: "quare non reddis mihi res meas quas dedi tibi in depositum", et ipse respondit: "quia per omnes socios avaree sunt mihi intromisse". Et tunc Gervasius dixit omnibus predictis: "quare devetastis mihi res meas, quia si debeo aliquid solvere ego paratus sum respondere ubi debeo". Et ipsi traserunt se ad consulendum simul et Marinus de Chives respondit pro omnibus illis mercatoribus: "nos nolumus eas tibi reddere quia volumus quod solvas partem tuam de avarea, et nos respondebimus tibi ubi debebimus". Et tunc Gervasius dixit ibi: "videte in vestri presencia, ipsi non volunt mihi reddere res meas, ego facio dampnum meum perperorum C de grossis Venetis". Interrogatus de presentibus, respondit: "erant ibi Marinus de Cherpa, Gervasius de Stilo, Michel de Menç et multi alii de quibus non recordatur. Interrogatus si fuerunt testes assignati, respondit quod sic.

#### **Fol. 42**

Nicola filius Petri de Çeria examinatus ut supra suo sacramento dixit sicut dictus Petrus pater suus et tantum plus, quod ipse met adiuverat ad portandum res dicti Gervasii ad domum dicti Johanni quando eas recomandavit dicto Johanni. Item ubi dicit dictus Petrus quod Mauressa venit cum baculo iudicis regis ad vetandum dictas res pro parte iudicis nomine omnium illorum mercatorum, iste Nicola dicit quod ipse Mauressa venit cum iudice ad vetandum dictas res ut dictum est. Interrogatus si fuit testis assignatus, respondit quod sic.

Syme filius Marci de Schimosiça examinatus ut supra suo sacramento dixit quod bene fuit circa carnisprivum in Rudenico ubi erat dictus Johannes et alii predicti mercatores et plures alii. Et quod dictus Gervasius peccit dictas suas res dicto Johanni et quod ille Johannes dicebat quod bene habebat eas sed per totam societatem mercatorum fuerant ei interdicte pro facto avaree et quod mercatores dicebant: "nos volumus quod solvas avaream et si petis aliquid, nos respondebimus tibi debebimus".

